

Loci communes
Loci communes
Loci communes
Loci communes

Loci quidem communes (ut Rhetores uocant) non sunt aliud quam maiores ratiocinationum propositiones: ut quae in proditore, in ueneficium, adulterum, sicarium, dicuntur. Cum uolumus enim probare, Caelum damnandum, ostendimus ueneficum cum esse. quod ubi explicatum est, quid restat aliud, quod ratiocinationi desit, nisi maior, ueneficus est damnandus? Hoc autem ne quem fallat, annotandum uidetur.

Pro quo extat
Cic. oratio, qua
enumerat sicarij
defendit
Notatio
Sic Latini apud
Virgilium, Ante
oculos, interque
manus sunt oia
vestras.

Quoniam uniuersaliter pronuntiata, quales plerumque maiorae ratiocinationis propositionem faciunt, supina saepe uidentur, et otiosa, et distantia magis a re proposita, idcirco solere oratores, quo artius rebus adhaereant, in particularia in dicendo conuertere. Et cum dicendum esset, omne bellum est suscipiendum, in quo agitur salus sociorum: et omnis ueneficus est damnandus: ut instare magis premeretque, uideantur, dicere malunt: hoc bellum est suscipiendum, quia agitur in eo salus sociorum: et hic ueneficus est damnandus. In quo et hoc meo iudicio ingeniosissimi homines sequuntur, quod uniuersalia uelut late sparsa sunt animo audientis tanquam in aere interque nubes apprehendenda: cum uero ad rem praesentem ascripta, et ante oculos interque manus sunt posita, mouendis affectibus aptiora sunt, qui soli in audientium dominantur animis: quos nihil aequat, ut aspectus primum rei, et imago proximae, uelut praesentis negotij, animo subiecta irritat. Nihil est

Sic Latini apud
Virgilium, Ante
oculos, interque
manus sunt oia
vestras.
Sic Latini apud
Virgilium, Ante
oculos, interque
manus sunt oia
vestras.

ergo, quod quisquam putet, certis artium generibus has uel illas argumentandi formas addici posse. Rerum ipsa praesens conditio, ut quaeque diligentius est et constantius affirmanda, consilium praebet. Et quemadmodum in plerisque rebus semel potest in perpetuum praecipi, quid fieri oporteat: ita in hoc, ut in alijs multis, hoc solum perpetuum est, quod perpetuum statui nihil potest. Cum ergo (ut praediximus) in ratiocinatione

ergo, quod quisquam putet, certis artium generibus has uel illas argumentandi formas addici posse. Rerum ipsa praesens conditio, ut quaeque diligentius est et constantius affirmanda, consilium praebet. Et quemadmodum in plerisque rebus semel potest in perpetuum praecipi, quid fieri oporteat: ita in hoc, ut in alijs multis, hoc solum perpetuum est, quod perpetuum statui nihil potest.

Explicatur differentia superioris cepta.

in possib. diare soluta... in possib. diare soluta...

et inductione nulla in concludendo possit esse dubitatio: et necesse est si qua repugnet eis aduersarius, idcirco id euenire: quoniam qua proponuntur, uera esse neget: in enthymemate et imperfecta inductione, utrumque est quod dubitari possit, an uerum sit quod propositum est, et an quod intendimus, ex eo efficiatur. Ut cum dicitur, Cluentius pecunia fide iudicium subuertit, ergo lege corrupti iudicij tenetur. Primum negat Cicero Cluentium subuertisse fide iudicij. Quod si ipsum uerum non est, neque habetur ei fides, non potest alteri quod probandum est, fidem parare. Deinde, ut uerum sit subuertisse cum iudicium fidem, non tamen consequitur, teneri cum lege, quoniam non utiq; quisquis iudicij pecunia tetauerit, lege iudicij corrupti tenetur. Sic et in inductione imperfecta negare potest aduersarius, uel non esse uerum quod proponitur, uel non enumerata esse omnia, ex quibus colligi intentio possit, ut nihil sit necesse, quae dantur uera esse quae sumuntur in probationem, consequi tamen idcirco, quod efficere conamur.

opinio
opinio
opinio

Ut ergo affirmada rei cuiusque per argumentationem, rationem paucis absoluamus, et ostendamus etiam ubi perfectis opus sit argumentationibus, ubi sufficiant imperfectae: haec primum lex proponenda est argumentationum omnium, ex uero nihil colligi posse nisi uerum. Quare si falsum est quod colligitur, necesse est falsum esse quod antecedit, si rite collectum sit. Hinc ergo consequitur, ut semper quemadmodum ex proposito conclusio colligitur, ut si uerum sit propositum, necesse sit uerum esse quod concluditur: sic ex contradicente conclusionis, semper propositi contradicens colligitur. Nam cum nequeat in legitima argumentatione colligi falsum ex uero, quoties tanquam uerum proponimus id quod contradicit conclusioni, necesse est conclusionem

Quando perfecta, quando imperfecta argumetatione uendum. Tres certissimi Dialecticorum canones.

Quo
Quo
Quo

falsam esse, cum duo contradicentia simul esse uera non possint. Falsum erit ergo propositum id, ex quo collecta est ea conclusio. Consequitur igitur, propositi contradicens esse uerum. Vnde fit quod intendimus, quemadmodum ex proposito conclusio, sic ex contradicente conclusionis propositi colligi contradicens. Vt si hominem esse detur, necesse est denui & animal esse. Quod si animal esse, falsum esse dicamus, uerum erit contradicens eius, quod est, nullum animal est. Falsum ergo id est, ex quo animal esse colligimus, quod erat hominem esse. Ergo uerum itidem contradicens istius, quod est, nullus homo est. Itaque quemadmodum necessario consequitur, homo est, ergo animal est: ita consequitur, & nullum animal est, ergo nullus homo est. Duplex est ergo ductus cuiusque rei probandae. Vnus directus, ut cum proposito al-
 quo uelut recta uia colligimus id quod probare uolumus. Vt qui probare uolet sapientem esse diuitem, dicat, Sapiens nullus indiget, ergo sapiens est diues. Alius est ductus obliquus. Vt cum accepto contradicente eius quod probare uolumus, colligimus ex eo aliquid quod falsum sit: unde regressi, docemus falsum id esse, ex quo collectum est: idque quia contradicens est eius quod intendimus probare, consequens est, istud ipsum esse uerum. Vt, sapiens est diues. Si enim non sit diues sapiens, cupiet aliquid, sed falsum est hoc: falsum ergo ex quo colligitur id, hoc est, non esse diuitem sapientem. Verum igitur erit, quod intendimus, sapientem esse diuitem. Non sunt autem hae argumentandi formae: per omnes enim formas quas exposuimus, duci possunt: sed uicē quaedam colligendae intentionis. Quapropter ductus eos uocauimus. Quo pacto autem uerum esse aliquid ostendimus, eodem etiam in contradicente suo falsum esse monstramus. Cum probau-

Duplex ductus
 uniuscuiusque rei
 probandae.

id est
 quod
 colligitur
 ex quo
 colligitur
 id quod
 probare
 uolumus

rimus enim, contradicens suum uerum, necesse est, ut id quod intendebatur, apertum sit falsum esse. Vbi fuerit igitur exposita argumentatio, si sit imperfecta: ut enthymema & inductio, quemadmodum praediximus, duo sunt quae dubitari possunt. Aut enim negatur consequi hoc ex illo, aut uerum esse, quod propositum est. Consequens ostendemus esse, ut imperfectas argumentationes ad perfectarum formam: ut si enthymema sit, ad ratiocinationem: si inductio, ad enumerationem, conferamus. Ratiocinatio, & enumeratio, si praescripto modo, recteque fiunt, nullum possunt admittere consecutionis incertum. Enthymema est: Clodius struxit insidias, ergo iure cesus est. Ratiocinatio fit cum subiicimus, omnis enim insidiator iure occiditur. Ea est enim maior propositio ratiocinationis. Sic in inductione: Pisistratus accepto publico praesidio tyrannidem inuasit, & Phalaris itidem: ergo quisquis est publico praesidium poscit, tyrannidem uult inuadere. Quia difficile est hic omnes enumerare, pro reliquorum enumeratione ponimus plerumque, (neque quisquam est qui non hoc pacto fecerit) aut simile quicquam in eam subdimus sententiam: deinde colligimus iam quod intendimus. Vnde solent plerumque altercantes, quandoque etiam perpetua dicentes oratione, cum difficile sit affirmare, in omnibus alijs similiter se rem habere, petere ab aduersario, ut ille dicat, in quo non ita sit: & confessionem illius, uel ignorantiam pro sua petere asseueratione. In quibusdam etiam, quia non tam querimus quid uerum sit quam utrum uerisimilius, idcirco quam non possumus inductionem perfectam facere, sufficit tamen audientis fidei, quanquam non semper, aut in omnibus, aliquando tamen, & in aliquibus factum esse, & fieri solere, quod tum nos ostendere conamur. Quod in deliberationibus,

Quomodo in perfectis argumentationibus ostendendum sit consequi conclusionem ad propositum, siue (ut nunc loquimur) antecedens.

Hoc parum placere Laurentio Valla supra monimus.

nihil cū re negotij habere uidebuntur, facile dabit, securus, & firmus (ut sibi persuadet) aduersus insidias. Contra, qui metuet fraudes, illi qui uelut tutissima proponuntur, erunt maxime suspecta: putabitque periculosissimè credi eis, in quibus minime se prodant pericula. Hic ergo proximus, & sensim à proposito descedentibus, facilius accedat. Acrius & instans uideatur urgere obliquus ductus, cum per eum falsa intentantes aduersario, & neganda, grauius premere uideamur, quā si directo ductu colligentes uera ueris, uelut ducere ipsum do cereque credamur. Directus itaque monenti, obliquus est exprobranti similior. Ex his nequaquam difficile est uide re, ubi perfectam necesse sit adhibere argumentationem, ubi sufficiat imperfecta. Nam si ubi explicata re per imperfectam, consecutio sit indubitata, nihil erit opus perfecta, etiam in eis rebus de quibus scrupulosissimè disputatur. Sic si quando hæreat, uel orator in cōficienda argumentatione: quia dubitetur, an sit consequens, quod efficere uoluit: ad perfectam argumentandi formam tunc esse redeundum, & res ipsa, & eloquentissimorum uirorum usus ostendit.

Explicat id quod superius proposuit, quando perfectis argumentandi formis utendum.

Quæstio.

Argumentum.

Argumentatio.

Argumentationis species duæ.

Syllogismus.

Quandoquidem caput hoc multa complectitur, & quæ non satis exposita uideantur esse ijs, qui parum exercitati sunt præceptis Dialecticorum: expedit fortassis quædam repetere paulo altius, & quæ habet Rodolphus, ea in breues quædam uelut summas colligere.

Quæstio igitur (ut auspicemur inde) est id de quo disceptatur. Hoc est, quemadmodum ait Boëtius, quæstio est in dubitationem ambiguitatemque adducta propositio. Vt, ut Rodolphus uerbis utamur, quæstio est cum interrogatione elata oratio, cui est aut non est respondendi quæst.

Argumentum est, quo alteram quæstionis partem ueram, aut falsam esse ostendimus. Vt, ut inquit Quintilianus, argumentum est res, quæ alteras probationes adhibetur.

Argumentatio, est oratio ea, qua inuentum iam argumentum rei propositæ accommodamus. Ea interim paucissimis absolutur uerbis, interim latissime funditur: pro arbitrari eius qui dicit.

Duæ sunt etiam forme perfectæ, syllogismus, & enumeratio, quæ alii uocat inductionem. Syllogismus, est oratio in qua positis aliquibus, & concessis, aliud quiddam quam sunt ea quæ posita sunt, per ea quæ posita sunt, necesse est euenire. Aut si maius hoc patet: Syllogismus est, argumentatio, in qua ex propositione, & assumptione, necessario sequitur conclusio. Vt, nulla ars citra exercitationem perdisci potest, Dialecticæ ars est, ne-

quit ergo ea citra exercitationem perdisci.

Constat syllogismus quibusque partibus ternis, quarum prima ab Rodolpho dicitur expositio, altera assumptio, tertia intentio, siue conclusio. Cicero primam illam nominat propositionem, assumptionem alteram, tertiam complexionem. Expositio, est pronuntiatum, generalem lateque patentem complectens sententiam, ex qua omnis vis totius argumentationis emanat. Cicero sic finit, Propositio est, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emanat rationationis. Assumptio, est pronuntiatum, quo generalis illa sententia accommodatur rei propositæ. Conclusio, illud est pronuntiatum, quod ex expositione, & assumptione necessario colligitur. Vt, si probare uelis, episcopum omnem oportere esse uirum bonum: hic initio generalem aliam quam sententiam proponas oportet: ea esse possit cuiusmodi: Cuius hæ partes sunt, ut homines ceteros suo exemplo reddat meliores, is ipse ante omnia bonus sit oportet. Hæc est propositio, quæ quantum in ipsa est, multo pluribus, atque nostro huic instituto potest accommodari: quam obrem excipit hanc assumptionem, ita cum proposito nostro asfringens, ut quod in commune prius dictum erat, id iam huic instituto incipiat esse proprium. Ea assumptio hæc fit: Episcopi cuiusque id munus est, ut homines ceteros suo exemplo meliores reddat. Hinc iam, uelis nolis, sequitur ea qua initio proposueramus conclusio: nempe hæc, debet ergo episcopus unusquisque esse uir bonus.

Iam cum pronuntiatum quodque duobus coherere terminis, subiecto, & prædicato: alter ex ijs duabus illis prioribus partibus syllogismi debet esse communis, ita ut semel in expositione positus, deinde in assumptione etiam repetatur. Atque is terminus utrobique hoc modo positus, dicitur medium. Cui qui in expositione coniungitur, dicitur maius extremum: quod ferè latius patet. Qui in assumptione, extremum minus: eod quod de paucioribus dici possit. Verbi causa: cuius officium est erudire alios, ipsum eruditum esse oportet: episcopi munus est, ut & alios erudit: ergo episcopus ipsum eruditum esse oportet. In hoc syllogismo, medium est, alios erudire: maius extremum, ipsum oportere esse doctum: minus extremum, episcopus.

Quod si cui uideantur hæc parum conuenire tertiæ syllogismorum figure: ei hoc ego responsum uolo in præsentia, rarum aut nullum potius esse huius figure apud eruditos uisum: ac proinde indignam uisam fuisse, cuius nos cura hic ageret.

Porrò enumeratio (inductionem alij uocant) est argumentatio, qua ex pluribus, uel partibus, uel speciebus, unum uel totum, uel genus uniuersaliter colligitur. Sed de hoc paulo post explicatus.

Interim sciendum illud, quod præter has duas argumentandi formas, alia duæ sunt argumentandi species imperfectæ, entymema, & exemplum. Entymema, est syllogismus, cui altera propositio deest. Vt, anima à se ipsa mouetur, ergo mouetur semper: Et, quod semper mouetur, id immortale est, ergo immortalis est anima. Exemplum, quo unum particulare probatur per aliud. Vt, non potuit Romanis capere Hannibal, ergo nec Gotthi. Hæc rudius, cætera post dicemus explicandis uerbis Rodolphii.

Quidam imperfectas hæc argumentationes à superioribus illis discrete hoc pacto, ut has dicent pertinere ad Rhetorem, illas ad Dialecticum. Quorum sententiam non satis esse ueram, id uel hinc liquet: quod & dialectici entymemata exemplisque, & Rhetores perfectis interim syllogismis utantur.

Itaque si quis accuratius uolet ista discernere, is hoc dicet: imperfectis illis, solum antecedens uocari in dubium posse: in imperfectis, non modo antecedens, sed & consequentem.

Ac proinde quoties res est eiusmodi, ut in imperfectis hinc formis certa sit consequutio, non est cur perfectis utamur: si uero ambig de consequutione possit, iam perfectis uti præfiterit, siue in Rhetorum, siue in Dialecticorum campo ueritatis.

Potest autem uariæque harum specterum duplici ductu tractari, directo, & obliquo. Directus est, cum proposito aliquo, uelut recta uia colligimus id quod probare uolumus. Obliquus, cum accepto contradicente eius quod probare uolumus, colligimus

Syllogismi ptes.

Expositio quæ & propositio.

Assumptio Conclusio quæ & complexio.

Medium. Maius extremum. Minus extremum.

Caulli amotio.

Enumeratio, siue inductio. Duæ argumentandi forme imperfectæ. Entymema. Exemplum.

Quo dissent hæc forma ab illis prioribus.

Quædo perfectis forme ab imperfectis utendum. Duplex tractandorum argumentationum ductus.

ex eo aliquod quod falsum sit: unde regressi, docemus falsum id esse ex quo collectum est: idque quia contradicens est eius quod intendimus, consequens est, istud esse verum.

Mi ductus, quo distent.

Inter hos ductus illud modo interest, quod prior ille, aptior est aduersus securum, ac intrepidum aduersarium: hic posterior, contra sollicitum & tergiversantem.
Hac ferè summa est eorum, quæ toto hoc capite explicantur. Iam singularum ea quæ difficultatis aliquid habere videbuntur, explanare incipiamus. Quanquam illud adhuc in commune dicendum est, video ego partes syllogismorum, apud diuersos auctores, diuersis item nominibus significari. Proinde ne quid caliginis afferat multitudine istorum nominum, hunc in modum ea discernat iuuentus.

Syllogismi	Pars prima	Ab Aristotele	Dicitur	Propositio maior.
		A Cicerone.		Propositio.
		A Quintil.		Intentio.
		A Boetio.		Proposito, aut sumptum.
		Ab Rodolpho.		Expositio.
Syllogismi	Pars secunda	Aristoteles	Nominat	Propositionem minorem.
		Cicero		Assumptionem.
		Quintilianus		Assumptionem.
		Boetius		Assumptionem, vel assumptum.
		Rodolphus		Assumptionem.
Syllogismi	Pars tertia	Ab Aristotele	Appellatur	Conclusio.
		A Cicerone		Complexio.
		A Quintiliano		Connexio.
		A Boetio		Conclusio.
		A Rodolpho.		Conclusio, vel intentio.

Quanquam dum Quintiliani verba considero diligentius, videtur mihi is intentionis nomine intelligere conclusionem nondum probatam, sed in hoc proposita, vt probetur: deinde assumptionem vocare eam, quæ à Cicerone dicitur propositio: connexionem autem, quæ ab aliis assumptio dicitur, eo quod hæc intentionem cum propositione connectat. Verùm hæc ex eorum scriptulis, difficilis fortasse quàm commodius fuerit, idcirco ea in medium relinquamus. Nam quod Boetius his tantum nominibus vtatur in designandis partibus syllogismi hypothetici, id certe leuius est, quàm quod admoneri oporteat. Ergo iam ad singula.

Pro hac diuersitate diuæ natæ sunt perfectæ formæ argumentandi. [Perfectas dicit, propterea, quod enthymema quoque, & exemplum formæ argumentandi sunt: sed imperfectas. Cicero aptè, vt omnia, & propè ad verbum, ratiocinationem dixit.] Cicero primo Rhetoricorum: Omnis autem, inquit, argumentatio, aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem. Et rursus: Ratiocinatio est, inquit, oratio, ex ipsa re probabile aliquid dicens, quod expositum, & per se cognitum, sua se vi & ratione confirmet. Mihi rectissime videtur inductio enumeratio dici. Ego, inquit Rodolphus, existimo eam, quæ ab aliis dicitur inductio, rectius dici posse enumerationem, eò quod partium, aut specierum quædam in ea fiat enumeratio. Cicero primo Rhetoricorum, post-

eaquam duo docuit esse genera argumentandi, vnum necessarium, alterum probabilis: atque prius illud trifariam tractari posse, per complexionem, per enumerationem, & per simplicem conclusionem: deinde quod ad hunc attinet locum] Enumeratio est, inquit, quæ pluribus rebus expositis, & cæteris infirmatis, vna reliqua necessariò confirmatur. hoc pacto: Necesse est, aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spes, aut alicuius amici gratia, aut si horum nihil est, non ab hoc esse occisum: nam sine causa maleficium susceptum esse non potest. Sed neque inimicitia fuerit, nec metus illius, nec spes ex morte illius alicuius commodi, neque ad amicum eius aliquem mors eius pertinebat. Relinquitur ergo vt ab hoc non sit occisus. Est autem inductio, vel, vt nos dicimus, enumeratio.] Variè vturpatur nomen inductionis apud auctores: quæ res esse in causa solet, vt cum legerint omnia quæ de ea apud diuersos scripta sunt iuuenes, nondum tamen quæ vis & natura eius sit assequantur. Quocirca visum est mihi, quadà pau- lo aliis de ea repetere: quæ si cuiusmodi non erunt, vt si satisfaciant doctis, profuerint tamen in hoc, vt alij his reprehendis meliora afferant: & si non aliud, hoc certe effecisse videamur, vt animam præstiterimus aliis, accuratius res istas tractandi. Ergo, vt quidè mihi videtur, inductio est argumentatio, quæ vel ex partibus totum, vel ex speciebus generis, aut certè alia pars, aliæ species colligitur. Partes in presentia intelligo eas, quæ vulgò dicuntur partes integrales. Speciem id ipsum quod Rodolphus. Cùm sint autem quatuor inducendi modi, quos in finitione attingimus, eorum primi hoc esse possit exemplum, Concurrit hodie bellis Germania, Italia armis vastatur, concurrunt infestis signis Hispani & Galli, Angli cum Scotis belligerantur, in Dacia nullus pacis est locus: quantum ergo abest, quo minus vniuersi orbis Christianus bello à se ipso dissideat, & suo quod dici solet gladio inguletur? Secundi hoc: Romulus fratrem secum regnantem ferre non potuit, neque Pompeium Cæsarem, nec Augustus Antonium: & tu adhuc aliquem putes esse in terris, qui aequo animo sit laturus confortem imperij? Illud tertij: Quid è manus si sit ita infecta, vt nec ipsa sanari queat, & periculum sit, ne in reliquum corpus morbus prorepat, antea quàm id fiat absconditur: idem sit brachio, pedi, nato, labris: & capiti videlicet idem non fiat? Quarti hoc: Age inter poma quodnam generosissimum dicitur? an non id quod optimum est? hocquid equus, piscis, ager, pratum? nonne horum quicque ita demum generosissimum dicitur, si sit idem & optimum? dicitur profectò: quocirca inter homines quoque generosissimum esse eum dicemus, non qui natalium splendore anteit cæteros, sed qui virtute ac probitate morum reliquos omnes præstat. Duo eius genera fieri possunt. Est enim inductio omnis, aut perfecta aut imperfecta. Perfectam voco, quæ necessario colligit. Imperfectam, quæ tametsi admodum colligit probabiliter, nulla tamen subest concludendi necessitas. Prior duobus fit modis. Principio, quoties omnibus vel partibus vel speciebus enumeratis, totum aut genus inde colligitur. Deinde, quæ aliqua ad totum aut genus progrediantur. Imperfecta & ipsa duobus fieri modis potest. Primum, cum ex quibusdam tantum, aut etiam quandoque ex sola vna parte, aut specie aliqua ad totum aut genus progrediamur. Deinde, quoties vna aut altera parte, aut specie enumerata, non genus, aut totum, sed alia quæpiam partem specièi inde colligimus. Atque hæc demum ea est, quæ Rhetoricam inductioem vocant, quæq; alio nomine dici solet exempli. Quod aomè ab Aristotele eis etià argumentationibus datur, vbi ex pluribus particulis vnu particulare colligitur. Quanquam non me clia est, exempli nomen illis proprie tribui solet, vbi rem gestam alteri rei probanda referendæ accommodamus. Ad quæ proximè accedunt, quæ nos ipsi, perinde ac si gesta sint fingimus: inter quæ primas tenent apologi, & vt his quoque simillimum est: quibus similitudines illas Socraticas Aristoteles non ineptè adiecit mihi videtur. De primo modo inductionis perfectæ ab Rodolpho exempla posita sunt, cæterorum omnium eiusmodi effingi exemplum queat: quod autem hominem nephandissimum toti etiam ciuitati charum esse dixisti, id ego qua fron-

Enumeratio apud Ciceronem.

Inductio.

Ex partibus totis.

Ex speciebus generis.

Ex partibus pars.

Ex speciebus specierum.

Duæ species inductionis. Perfecta. Imperfecta. Perfecta inductio vniuersi ductio. Imperfecta & ipsa duplex.

Exemplum secū te abs te dictum sit, nondum agris intelligo. Etenim quem magistratus omnes oderunt, di modi inductio quem senatus iam olim perniciosum patrie ciuem iudicauit, quem optimus quisque de ty- nis perfecta, vbi rannide inuadenda suspectum habet, quem nemo denique est qui non velit exinctū: hunc ex partibus colligi totum. Vbi ex speciebus illis quantiliscunque fortunis studet euertere: Et quid multis tu, si potes, nomina aliquid, in que idē nō cogitant, imo in quem idē nō fecerit. Quod si non potes, quae impudētia est, negare ciues omnes ab vno isto summa iniuria esse affectos, negare, ab vno isto ho fite periculosissimo intra muros nostros versari, omnium nostrum fortunis extrema omnia imminere: Quanquam minus timendum erat, si de fortunis tantum, non etiam de vita omnibus nobis eripienda cogitare homo nephasi. Sed qui rebus adhuc dubitis, Poly carpum ciuē reipub. natū occidit, qui interemit Philodamū, qui integerrimū optimum, virū crudelissime trucidauit, hunc tu victorē ciui cuiquā pariturū eximas: Si nescis, ne auunculo quidē suo homini innocētissimo, verū suis istis sceleratissimis comibus resistēti tū pererit: & nos adhuc fore speramus scilicet, vti huius tā crudelis belluar, si quādo voti compos erit, gladios cuius quisquā euadat: Equidem mihi videre videor, nihil eum aliud animo destinasse, nisi vt totum hanc reipub. funditus euerteret atque in nihilum redigeret. Vbi ex vna speciebus fit progressus ad aliam speciem.

Exemplū primi modi inductio imperfectae, vbi ex aliquot modis spectebus colligitur genus. Vbi ex vna speciebus fit progressus ad aliam speciem. Vbi ex aliquot modis inductio imperfectae, vbi ex aliquot modis spectebus colligitur genus. Vbi ex vna speciebus fit progressus ad aliam speciem.

Secundi modi exemplum, vbi ex aliquot speciebus fit progressus ad aliam speciem. Vbi ex vna speciebus fit progressus ad aliam speciem. Vbi ex aliquot speciebus fit progressus ad aliam speciem.

Ab vna parte ad alteram. Contra Laurentium Vallam.

Exemplum primi inductiois cuius mirabitur, cogitans in omni arte cuius vsus singularis communicari non fit, multam que interrogatio nouitate nominum esse: cum constituantur eorum rerum vocabula, que in quaque arte versantur. Itaque & dialectici & phisici verbis vniuntur, que ipsi Graecae nota non sunt. Geometrae verò, nisi ci grammatici, etiam more loquuntur suo. Item ipsae Rhetorū artes, que sunt totae forenses atque populares, verbis tamen in dicendo quasi priuati vtuntur ac suis. Atque vt omittam has artes elegantes & ingenuas, nec opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis vtentur nobis incognitis, vsuatis sibi. Quin etiam a-

agricultura, quae abhorret ab omni politiore elegantiā: tamē eas res, in quibus versatur, nominibus notant nouis: quo magis hoc philosopho faciendum est. Apud eundem primo de Oratore, Ego verò inquit Antonius pergam: & id faciam, quod in principio feci. Exēplū secundū. In omnibus disputationib' oportere cōsilio: ne vagari & errare cogatur oratio. si ij qui inter se dissenferint, non idem esse illud de quo agitur intelligunt. Nam si quaeretur, quae esse ars imperatoris, constituendum putarem principio, quis esset imperator. qui cum esset constitutus, administrator belli gerendum: tum adiungeremus de exerciti, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnatiōibus, de comēatu, de insidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus, quae essent proprie belli administrandi. quarum qui essent animo & scientia competes, eos esse imperatores dicerem: vterque exemplis Africanorum, & Maximorum, E pamundam, Hannibalem, atque eius generis homines nominarem. Sin autem quaereremus, quis esset is, qui ad Rempub. moderandam, vsū & scientiam & studium suum contulisset, desinirem hoc modo, qui quibus rebus vtilitas Reipub. pararetur augeturque teneret, iisque vteretur, hunc reipublicae rectorem & consilij publici autorem esse habendum, predicaremque P. Lentulum principem illum, & Tyberium Gracchum patrem, Q. Metellum, & P. Africanum, & C. Laeliū, & innumerabiles alios, tum ex nostra ciuitate, tum ex ceteris. Sin autem quaeretur, quisnam iuriconsultus, verū nominarem, cum dicerem, qui legum consuetudinisque eius, qua priuati in ciuitate vterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus esset. Ex eo genere Sext. Aelium, M. Maniliū, P. Mutium nominarem. Atque vt iam ad leuiora artium genera veniam, si Musicus, si Grammaticus, si Poeta quaeratur: possem similiter explicare, quid cuiusque proficereat, & quod non amplius ad quocum sit postulandum. Philosophi denique ipsius, qui de sua vi ac sapientia vniis omnia penē proficere, est tamen quidam descriptio: vt is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam, causasque nosse, & omnem bene viuendi rationem tenere & persequi, nomine hoc appetitur &c. Idem in oratore ad Brutum, Quod (nempe indecorum ad decedens) si poeta fugit vt maximum vitium, qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, stu lōve sapientis: si denique pictor ille vidit, cum inmolada Iphigenia, nris Calchas esset, mortifor Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum lactum penicillo non posset imitari, si denique histrio quid deceat querit, quid faciendum oratori putemus: iam quod addit Laurentius, ex particularibus vniuersale probari non posse, ne id quidem semper verum esse, partim ex his quae ex Platone mox afferemus, modo accuratius expendantur: partim ex his, que ex Platone mox afferemus, liquere potest. In Phædone hunc in modum Etebertem interrogat Socrates: Ergo vtrum necessarium est, cuiuscumque aliquid est cōtrarium, nullo modo aliter id quod est suo contrario fieri: veluti quando quid maius efficitur, necesse est eo quod ante fuerat minus, postea maius euadere? C E B E S. Ita est, S O C R A. Nōne & si quid minus fiat, ex eo quod ante maius erat, postea fiet minus? C E B E S. Sic omnino. S O C R A T E S. Quinetiam ex robustiori debilius, ex tardiore velocius. C E B E S. Profrus, S O C R A T E S. Quid verò si quid euadat deterius: noune ex meliori & si in iustius, ex iustiori? C E B E S. Quid his O C R A T E S. In omnibus igitur satis id exploratum habemus, omnia ita fieri, contraria videlicet ex contrariis. Item in Euthydemō. S O C R A T E S. Nunquid in effectione & viū circa ligua, aliud praeter fibrilem scientiam recte vti singulis efficitur? C L I N I A S. Non aliud, S O C R A T E S. Quin etiam circa valā confidenda rectum vsū scientia praestat. C L I N I A S. Praestat, S O C R A T E S. Nonne & circa vsū bonorum quae supra retulimus, diuitiarum, sanitatis, formae, scientia ipsa dux erat, docens rectē his vt, rationemque dirigens? C L I N I A S. Profrus, S O C R A T E S. Non solum igitur prosperam rerum consecutionem, sed & bonum vitium, vt videtur, in omni possessione actioneque hominibus scientia praebet. Haec enim Plato. Quem in modum & Cicero in oratione ea quam dixit pro lege Manilia, probat in Pompeio omnes res eas inesse, quae in summo imperatore, exiguntur, propterea quod in eo insit scientia

Exēplū secundū.

Tertium.

Primi exēplū ex Platone ostēdes vniuersale colligi posse ex particularibus.

Secundū eiusdē rei exemplū ex eodem autore.

Tertium ex Cicero.

rei militaris, quod virtus, quod auctoritas, quod felicitas. Que vtrique inductio est, & quidem a speciebus ad genus: Quod habet idem, sicutum dictu esse si quis in inductione apponat hæc verba, & sic de singulis: aut alia fortasse, quorum tamen eadem sit vis & significatio id plane cui e pugna, quod nos diximus paulo ante, de secundo perfectæ inductionis modo. Quapropter huius etiam rei exemplum ex Platone afferamus: quod si non planè atque omni ex parte cum illa inducendi forma consentiet, hætenus consentiet, tamè vt intelligas, quoties partes aut species non omnes enumerantur, tum fieri posse, vt eiusmodi clausula aliqua, in earum quæ enumeratæ non sunt, locum succedat. In Gorgia igitur legimus ad hunc modum: S O C R A T E S. Quid verò ? qui ea quæ ad fabricam pertinēt didicerit, nonne est faber? G O R G I A S. Et qui musicam, musicus. G O R G I A S. Ita, S O C R A T E S. Et qui ea quæ ad medicinam pertinēt, medicus. Atque in cæteris eodem pacto, quicquid didicerit aliquid, talis euadit, qualem cuiusque sciētia reddit. G O R G I A S. Omnino S O C R A T E S. Nonne igitur per hanc rationem iustus erit, quicunque iusta didicerit? G O R G I A S. Maximè iuculque Plato. Atque hæc nobis in præsentia occurrerunt, quæ de inductione obiter dicere. Quod si quado ex

instituto hac de re agere contingit, accuratius singula persequemur. Ratiocinatio, si latino malum vt nomine, est, vt inquit Aristoteles, oratio.] Aristoteles priore *Ἔπερθεραν ἀναπνευσάντων* libro. syllogismus fuit his verbis: *αὐτὸς ἄνθρωπος ἔστι λογιστὴν ὃ ἴσως καί ποτε*. Et verba hunc in modum verit Boetius: Syllogismus est oratio, in quo positus vniuersalis & concessus, aliud quiddam quàm sint ea quæ posita & concessa sunt, necessario contingit, per ipsa quæ concessa sunt. Quo in loco illud non inuitè fuerit meminisse, à Boetio explicata modo causa adiectum fuisse hunc ablatium concessus, vt si significaret illud positus apud Aristotelem esse aliud nihil, quàm si dixisset concessus. Id quod manifestius adhuc docet Aulus Gellius, cum decimoquinto noctium atticarum libro, hanc ipsam Aristotelis functionem hunc in modum latinam fecit: Syllogismus est oratio, in qua consentis quibusdam & concessis, aliud quid quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt, necessario conficitur. Quibus planè consona sunt, quæ in primum librum Topicorum Aristotelis scribit Alexander Aphrodisiæus, qui posteaquam docuisset *λόγῳ*, id est orationem eadē causa poni in finitione syllogismi, quod esset ipsius genus: deinde reliquas etiam finitionis partes explanaturus, inter alia multa etiam hæc dicit: *σημαίνει ἃ ἀπὸ τῶ ἡθύντων, ἡθύνων τῶν καὶ συγχομένων*, &c. id est: Significat autem Aristotelis hæc vox positus id ipsum, quod sumptis atque concessis. Quanquam quid tam multa in re peripatica nisi quod apud quosdam hodie religiosum est, vel latum (quod aiunt) cultum à suis illis discedere copulatis. Vel, est argumentatio.] Quod si minus arideat delinimo Aristotelica, poteris, inquit, rationationem finire & hoc modo, Ratiocinatio, siue (quod idem est) syllogismus, est argumentatio, in qua duo extremi termini datarum propositionum concessarum, ita accommodantur vni termino medio, vt si vtriusque conueniat cum illo, ipsi etiam inter se conueniant: sin autem alteri eorum cum illo non conueniat, tum ne ipsi quidem conuenire inter se possit. Verbi causa, Omnis liberator patriæ summa laude est dignus, Brutus liberator est patriæ, ergo Brutus summa laude est dignus. Hic duo extremi termini sunt summa laude dignum esse, & Brutus: quibus vtriusque quia cū medio illo termino conuenit, qui est liberator patriæ: proinde inter se etiam ipsi conueniunt in conclusione. Rursum, nemo oppressor libertatis dicendus est parens patriæ, C. Cæsar libertatis oppressor fuit, non fuit ergo dicendus parens patriæ. Huius syllogismi duo extremi termini sunt, dicendum esse parentem patriæ, & C. Cæsar: medius, libertatis oppressor: cum quo medio quia conuenire non potest alteri extremo, nempe parenti patriæ, hinc est vt & ipsi termini extremi alter ab altero in conclusione dissideant. Porrò illis terminis conuenire inter se dico, quorum alter de altero affirmatur: illis non conuenire, quorum vtriusque de altero verè negatur. Id ergo quod efficitur argumentatione. A Cicerone non conclusio, non intentio, sed complexio dicitur. Quanquam is de vnius syllogismi complexione loquitur, non etiam de inductionis. In ratiocinatione autem

Syllogism' quid Aristoteli. * Aliàs dicit. quia latione & Boetii secuti apparent.

Quomodo syllogismum definiat Rodolphus.

tantum duæ sunt propositiones.] Propositiones appellat *ῥαε ἀποράσεις*. Alioquin apud Latinos eam video propriè dici propositionem, quæ ab Rodolpho dicitur expositio, Aristoteles maiorè vocat. Sed de his supra. Quarum quæ ad ratiocinationè ducitur, enthymema dicitur. [Fabius libro quinto: Nam enthymema, inquit, (quod nos commentum sanè aut commentationem interpretemur, quia alter non possumus, graeco melius vñri) vnum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat: sed hunc & non loquimur: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumentum conclusionem, vel ex consequentibus, vel ex repugnantibus: quantum de hoc parum cõuenit. Sunt enim qui id prius epichetema dicat: pluresque iuuenas in illa opinione, vt idem quod pugna constat, enthymema accipit veliat. Et ideo illud Cornificius contraurum appellat. Hinc, alij Rhetoricum syllogismum, alij imperfectum syllogismum vocant: quia nec distinctè nec totidem partibus concluderetur. Quod sane non vtrique ab oratore desideratur. Quid sit exemplum, superiore libro.] Capite vigesimoquinto.

Illud enim, P. Scipio occidit iure Melium.] In historia erratum esse, monitum libro superiori. Quod autem addit Rodolphus argumentationem hanc, P. Scipio iure occidit Tiberium Gracchum, ergo Cicero iure occidet Catilinam: hanc, inquam, inductionem non esse, sed syllogismum: id verum est, si vocabulum inductionis eo intellectu sumatur, quo id accipere Rodolphus & Aristoteles. verum antea illud à nobis dictum est, vatum esse nominis huius apud auctores vñri. Id quo etiam notauit Boetius, qui cum initio inductionem more Aristotelico definiuisset, Inductio (inquit) est oratio, per quam fit à particularibus ad vniuersale progressio: deinde paucis interpositis verbis, Saepè aut multorum (inquit) collecta particularitas, aliud quiddam particulare demonstrat. Atque hæc est illa inducendi forma, quam appellant inductionè Rhetoricam, & de qua sola in Rhetoricis locutus est Cicero, quamque Aristoteles in Rhetoricis suis interim exemplum, inter Rhetoricam inductionem vocet. Possent plura, possent hæc explicatis, nisi vereretur, ne & hæc, lectori præferim occupato, multa nimium videantur. Illud tamen vel nolens addam, si quis hanc argumentandi formam de qua loquimur, syllogismum quàm inductionem vocare malit, non id magnopere displiceturum mihi, modo ne obiter nominum vsus, cum videam facillimè hæc in syllogismi formam conici posse. Quid enim fuerit gotij, si quis id, de quo diximus, exemplum, in eiusmodi redigat syllogismum? Quisquid P. Scipio iure fecit in Tiberium Gracchum, hoc & Cicero iure facit in L. Catilinam: atqui Scipio Tiberium iure occidit: ergo & Catilinam iure occidet Cicero.

Quid fati est, si Roma parua. [Verba sunt militum de Cæsare apud eundem auctorem lib. 5. Neque mirum si hoc non possit dici exemplum: quando ex particulari, non ad aliud particulare, sed ad vniuersale fit progressio, quod nos genus inductionis superius ab exemplo seceruimus. Aristoteles autem dixit enthymema ratiocinationè Rhetoricam.] Aristoteles primo Rhetoricorum libro: Eorum (inquit) quibus probum vt & in Dialecticis, aliud inductio est, aliud syllogismus. Nam enthymema quidem syllogismus Rhetoricum. exemplum verò Rhetoricum inductionem appello. Et, lib. 7. *Ἔπερθεραν ἀναπνευσάντων: ἐνὸς ἡμῶν μὴ ὄντος ὁ συζυγισμὸς ἐπιπέδῃ ἐκείνου ἢ σημῶν*, id est: Enthymema est syllogismus imperfectus ex versimilibus aut signis. Et iterum in Rhetoricis: Quare necesse est (inquit) ita enthymema quia ex pluri deus esse, quæ vt plurimum aliter quoque se possunt habere: ex pluri quidem inductionem, & hymema verò syllogismum, ex paucis, ac saepè paucioribus quàm ea sunt, ex quibus constat syllogismus. Nā si quid totum participium est, id dicendum non est: ipse autem syllogismus non est: si fieri. Hinc liquet Aristoteli in Rhetoricis vtrique enthymema & syllogismum, non tam forma argumentandi quàm materia didicisse, credidisse; enthymematis, esse non arbitror, tamen aliquando certe totidem esse partes debere quot syllogismus. Quorsum enim attinebat dicere, enthymema saepè ex paucioribus partibus constare quàm syllogismum, si non interim & ex totidem fieret? Quorsum attinebat, vt diceret, in enthymemate subiecta esse quæ auditor ex seipso afferret, nisi significare ex adheret voluisset, quæ si ex seipso non afferret, ea in enthymemate esse explicanda? Potest autem id fieri nonnu-

Enthymema.

Exemplum.

Inductio.

Aristotelis sententia de enthymemate.

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

quam, ut neutram partium ex seipso afferat auditor, quocirca tunc utique vtræque dicenda erunt. Atque hoc est quod vult sibi Rodolphus cum dicit. Sunt itaque qui putant Aristotelem non discurssive forma argumentandi à ratiocinatione enthymema, sed certum tantum rem genus enthymema constare voluisse. Fabius libro quinto videtur eo ipso discrimine feceruisse syllogismum & epicherema, quo Aristoteles syllogismum & enthymema. Verba eius habent ad hunc modum: Epicherema autem nullo differt à syllogismo, nisi quod illi, & plures habent species, & vera colligunt veris: epicherematis frequenter circa credibilia est usus. Plerique Rhetores velut dignatione quadam.] Horum sententiam attingit & Fabius libro quarto, & in Topicis Cicero de adiunctis loquens, Ex hoc (inquit) illa Rhetorum ex contrarijs conclusa, quæ ipsi in vniuersa appellant: non quia non emnis sententia proprio nomine in vniuersa dicatur: sed vt Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos sicut: sic cum omnium sententia enthymema dicatur, quia videtur ea que ex contrarijs conficitur acutissima, sola proprie commune nomen possidet. Audes fulcire ruinam sub qua Roma iacet?] P hœmus apud Lucanum libro octauo, perusinusus Ptolemeo regi Aegyptiorum, vt Pompeium ad se confugientem occideret, inter cætera argumentatur, & hoc modo, Tu Ptolemæe potes Magni fulcire ruinam, Sub qua Roma iacet: &c. Colligunt comprehensiones suas.] Comprehensiones vocat τὰς καταλήξεις, quarum toties iam à nobis facta est mentio, quæque à Cicerone interim cognitiones, interim comprehensiones transferri diximus. Et pro Plantio idem.] Maxima pars eorum, quæ pro Plantio Cicero dixit, in hunc recidunt syllogismum. Quod quis à populo impetrare potest diligentia, assiduitate, gratia officio, precibus amicorum, id necesse non est, ambitu eum consecutum esse, etiam si dignitate a competitoro vincatur: at in creandis magistratibus, maxime his rebus moueri pupulus solet: perinde vt superetur Plancius dignitate à Latereensi, non continuo illud necesse est, vt ambitu ædilitatem ei obtigisse dicamus. Loci quidē communes, vt Rhetores vocant.] Cicero in Oratore, de locis communibus loquens, Qui, inquit, communes sunt appellati, quod videntur multarum idem esse causarum. Sunt ergo loci communes, communes quædam formulæ virtutum, ac vitiatorum, cæterarū que reru: quæ ferè inter dicendum solent occurrere: vt que in ingratitudinem, luxuriam, auaritiam, loquacitatem, item de iustitia, prudentia, vita, morte, ceterisque id genus rebus dicit solent. Cicero in Rhetoricis vocat locos communes, qui communiter & ab accusatore & à defensore tractari possunt, vt fama, tormenta, tabula, testes, argumenta &c.

Enthymematis nomē quid signi fect.

Loci eōmunes.

Figura syllogismorum.

Quando perfectis, quando imperfectis argumentandi formis vtendum. Generales aliquor dialecticorum canones.

Quoniam autem vniuersaliter pronuntiat.] Tres faciunt Dialectici syllogismorum figuras: primam, qua medius terminus in vno pronuntiato subicitur, in altero prædicatur: secundam, qua vtrobique prædicatur terminus medius: tertiam, qua vtrobique subicitur. Im priores illæ dæe semper maiorem propositionem vniuersalem habent: modo intra eosillarum modos constitutus, quos enumerauit Aristot. Tertia potest illa quidem maiorem habere particularem: verū hanc nonnulli cenent superuacuum, & cuius nullus sit apud auctores usus, reiciunt: indignamque esse censent, cui inter figuras syllogismorum sit locus. Supina.] Inactia, inertia, minime viuida, minus mouentia eum qui audit. Cum ergo vt prædiximus.] Hoc est, vt plebeis verbis idem dicamus, In syllogismo, & inductione perfectæ si ritè fiant, solum antecedens vocari in dubium potest, consequentia non potest. In enthymemate autem & inductione imperfecta, non de eo solo quod antecedit, sed de consecutione etiam ipsa ambigi solet. Vt ergo affirmandæ rei cuiusque.] In summa hoc dicit: Quones id de quo agitur imperfectis illis argumenta, ad formis satis ostendit potest, non est cur perfectis vtatur: an aut tes effit inuoluitur, & ad quam probandam imperfectæ illæ argumentationes non satis habeant virium, tunc certè integris syllogismis, & perfectæ quo ad eius fieri potest, inductio ne vtendum. Hæc primum lex proponenda est argumentationum omnium.] Afferit per ordinem catholica aliquot præcepta seu regulas Dialecticorum, quarum prima hæc est: Ex vno antecedenti semper vera inferitur conclusio. Altera: Quoties facta est conclusio, necesse est antecedens etiam fallum esse. Tertia: Quemadmodum ex an-

DIALECT. LIB. II.

tecedenti sequitur conclusio, ita ex contradicente conclusionis, sequitur contradicēs antecedentis. Duplex est ergo ductus rei cuiusque probanda.] Id Aristotelici nostri temporis dicunt hoc modo: Duplex est syllogismus, vnus ostēnsus, alter ad incommodum, seu im possibile. Partes exequuntur eo ipso modo quo Rodolphus. Pististratus.] Qui tyrannidem inuasit apud Athenienses, Qua de re Iustini verba sic habet: Sed Pististratus, inquit, quasi sibi non patrice visisset, tyrannidem per delum occupat. Quippe verberibus voluntarijs domi affectus, iaceratque corpore in publicum progreditur, & aduocato cōtione vulnere offendit: de crudelitate principum, à quibus hoc esse passum simulabat, quere peribit inuoluit: se Senatū affirmat, obtinet ad custodia corporis sui facultium auxilium, per quos occupata tyrannidem, per annos triginta quatuor regnauit. Et Phalaris iudicem.] Hic est Phalaris ille memoratissimus Agrigentini orum tyrannus: inter cuius multa crudelissima factiora, vnum hoc si non laudandum, at certè minus vituperandum est: Perillus quidam taurum ei æneum fecerat, in quem coniecti homines, igne subiecto, non vocem humanā, sed mugitum bouis vrgere dolore ederet, quo munere se cū homini erit deli rem in primis gratia fecisse arbitraretur, hoc pretij milit, vt primus ipse in tauri ipso suo miserè tortus obierit. Vnde dictum illud, Nec enim lex æquiuola est illi, Quæ necis arthices arte perire sua. Idipsum alia rursus colligendum erit argumentatione.] Aristoteles profyllogismos appellat, quibus propositiones syllogismi negatas probamus.

Que causa sunt plenique, vt quinque partium ratiocinationem facerent.] Ciceroni in Rhetoricis maxime quinque syllogismi partes esse videtur, propositionis approbatio, assumptio, assumptiois modus, & complexio. Quintilianus & Boetius, tres tantum faciunt partes, propositionem, assumptionem, & conclusionem. Quoniam Boetius de solo loquitur syllogismum hypothetico, seu conditionali: & Fabius alio quodam intellectu tres facit syllogismi partes, quàm Rodolphus. Putat enim ille idcirco tres esse quod propositio, & eius approbatio, pro vna parte accipi debeant: itidemque assumptio cum probatione sua: Rodolphus autem probationes illas omnino non putat connumerandas esse inter partes syllogismi, eius ad cuius propositiones confirmandas adhibentur, sed aliorum eas syllogismorum expositiones aut assumptiones esse. Quæ sententiæ, vt verisimillima esse nihil videtur, ita probe et cū sententiæ Aristotelis de syllogismi partibus, & profyllogismis.

Quot modis argumentatio vere soluitur, & quot rursus modis elabi tantum contingat. CAP. XV.

Itcut est autem disputantis confirmare id, quod probandum suspensit: ita eius qui diuersa tuetur, est dissoluere que confirmata sunt. Soluitur verò argumentatio eisdem quibus struitur modis. Quemadmodum namq; probamus unūquicque per aliquid quod verum esse volumus, & ex eo cōsequi docemus, quod probare nitimur: sic dupliciter effecta solvimus argumentatione. Aut enim falsum esse dicimus, quod propositū est. Aut si res id non sunt, nō cōfici ex proposito, quod aduersarius uoluit, indicamus. Idque uel quia imperfecta sit argumentatio: aut si sit perfecta, uideri potius talem esse, quàm quia reuera sit talis: & esse aliquod

Handwritten marginal notes in Latin, including phrases like 'In dispositione...', 'Pististratus...', 'Phalaris...', and 'Quot modis...'. The notes are written in a cursive hand and often include small diagrams or symbols.

in ea, quod multipliciter dicatur, nec eadem significatione utrobique in argumentatione sit positum. Id est autem quod dici solet, omnem argumentationem solui, aut negādo eo quod propositum est, aut multiplice distinguendo. Vt si dicatur: Sapientia nullae desunt opes, ergo sapiens est diues. Prima solutio est, ut respondeatur, nō esse uerum quod proponitur, sapientia nullas deesse opes. Quod si probetur, quia nullas cupit: reliquum iam est, ut negetur, ex hoc quod nullae sibi desunt opes, cōsequi, diuitem esse eum. Id si probetur, adiecta maiore propositione, quia cuiusque nihil desit, is sit diues, fortasse negabitur & ista. Quam etiam si probabit, dicetque, quisquis habet omnia quorum indiget, est diues: cuiusque nihil deest, habet omnia quorum indiget: expleta iam ratiocinatio est, cuius utraque probata est propositio. Vltimum itaque solūque remedium est, ut qui soluere uolet, dicat hoc uerbum, deesse, dupliciter dici. Aliter dicitur enim deesse quid, quod modo non adest: aliter quicquid modo desideratur. Quod si priore significatione dicatur, uera est maior, minor falsa. Si secundo modo, minor est uera, falsa maior. Quare nihil mirum esse, si quae iungere uolumus, in conclusione non iungantur, cum id medium in quo illa iungebantur in propositionibus, non numero, sed specie solum fuerit unum. Soluendi autem uerbum, quanquam commune sit neganti, & distinguenti, rectius tamen distinguenti conueniet. Nam quisquis negat, non patitur confici argumentationem: quae autem confecta non est, proprie solui non potest. At cum multiplex distinguitur, est utique in speciem confecta, rectius igitur solui dicitur. Nos tamen omnem rationem discutiedae argumentationis, in praesentia soluere uocauimus. Et haec quidem solutionum differentiae quas diximus, uerae sunt, & ad

magis proprie uolunt
solutio hanc
aliqui in modis solui
quocumque modo
triplice distinguendo
de uel ueritate uel
ut id dicitur

Soluendi uerbi
distinguenti po
tius conuenire,
quam neganti.

foris ang. neq
ar. solueret
dicitur enim
no. h. comp. s. i. e. r. a. r. n. o. p. o.
s. i. t. o. n. e. l. i. c. e. p. o. s. i. t. o.

rem ipsam feruntur. idque ipsum etiam uulgo uocantur.

Sunt aliae soluendi, uel (si magis proprium uolumus eis nomen dare) elabendi rationes, quae uulgo dicuntur solutiones ad hominem. Ad eas refugimus, quando ex re parum speramus auxilij. Quia firmitior est argumentatio, quae aliqua parte infringi labefactariae potest. Vel, quia datur occasio de uersario dicendi, quem quia possumus acrius retundere, malumus in ipsum rationem, quam in rem ingerere. Elabimur autem his ferē modis. Vel, quia regerimus aliquid aduersario, quo reprimimus eum: uel eleuamus quod obiectum est: uel digressu a re facta, illatque alterius alicuius mentione rei, auocamus auditoris mentem a proposita argumentationis cura, & alterius obruimus commemoratione. Regerimus, uel in rem ipsam, per quam disputator probauit quod instituerat: uel in personam aduersarii. In rem regerimus, cum rem parum aliquam ei quae nobis obicitur reponimus, ut quantum urget nos aduersarius, tantum uideamur nos eum ediuerso eo quod regerimus urgere. Quale est pro Caelio, cui cum obiecta esset luxuria maior, quam ut eam defendere auderet Cicero: apertior quam ut posset eam negare: molliit quidem aures quantum potuit orator: & partim temporum magis ea uita dixit quam hominis, partim contendit aliquid esse concedendum aetati. Tamen (quod huius loci proprium est) uelut remedio inuidiae opposuit spem futurae industriae, & probitatis, in aetate uentura, & ex actionibus, laboribusque, quos Caelius iam suscipiebat, sustinebatque. Tale est etiam, quod apud Virgiliū Iuno dicit: Indignū est Italos Troiaē circū dare flāmis Nascētē. Nō negat, sed eleuat quantum potest. Deinde in digniora regerit: Quid face Troianos atra uim ferre Latinis? & quae sequuntur. Huius etiā est generis, quod inquit Turnus,

Elabēdi ratio, siue solutio ad hominem.

Triplexque: pia posse elabi.

Duplex ratio regerendi. In rem.

proficere mollii

zoc. ar. refero nō g. u. r. e. p. e. u. s. s. i. s. p. a. r. a. f. h. e. m. e. r. e. g. n. o. m. o. l. l. i. i. o.

Lib. 10. Aeneid.

Lib. 12. Aeneid.

tripliciter que: pia posse elabi. capis nō piamis hia abo

u. a. l. i. q. u. e. p. r. i. s. t. i. c. a. u. e. l. d. i. f. f. i. c. i. t. a. r. i. o. r. u. m. m. i. n. i. s. d. i. f. f. i. c. i. t. a. r. i. o. r. u. m. m. o. l. l. i. i. t. a. r. i. o. r. u. m.

Ecloga. j.

In personam.

In oratione pro
Ligario.
In apologia. Ci.
in Sallust.

Lib. 11. Aeneid.
Lib. 2. Aeneid.

Eleuare quid sit

Verba Iunonis
lib. 10. Aeneid.

Et nos tela pater ferrūq; haud debile dextra Sparginimus, & nostrō sequitur de uulnere sanguis. Et in Bucolicis: Dic quibus ī terris (& eris mihi magnus Appollo) Treis pateat caeli spatii (nō amplius) ulnas. Alter cū nequeat resbōdere, aliud par obicit. Dic quibus in terris, inscripti nomina regū Nasctū tur flores, & Phyllida solus habeto. In personam reuerimus, cū dimissa re, ostēdimus qualiscūq; sit, nō cōuenire tamē aduersarij personā obicere eā, nec rectē hāc ab eo dici. Cuius modi est pro Ligario, q̄ Tubero accusator Ligarij, in eadē causā fuerit, cuius Ligariū accusabat. Simile est in Sallustiū: Quasi uerō tu sis ab illis uiris Sallusti ortus. Et paulō post: Ecquid te tui piget homo leuissime, cū ea culpas, quae in historis mihi gloriae ducis? Et iterū, quid enim metiri turpe ducis, q̄ mihi ausus sis eloquentiā, ut uitiū obicere, cuius semper nocēs eguisti patrociniō? Sic & Virgilius, Mēq; timoris Argue tu Drāce. Et, Tātūq; nefas patrio excidit ore? Et apud Tragicū Iason iquit, Medea amorēs obicit? Hāc omnia, nō de re, rectā necne sit, sed de homine. Eleuamus quoties cōtēnimus rē quae obicitur, & uelut nullius momēti aspernamur. Quale totā Caelij accusationē Cicero uoluit uideri, magis iras, & iurgia dissidētū in amore, querelasq; amātū esse, q̄ uera crimina. Sic & apud Virgiliū est: Italiā petit satis aithoribus, esto, Cassandrā impulsus furis. Maestatem fatorū Cassandrā furore elusit. Et paulō post, quod modō diximus, Indignū est Italos Troiā circū dare flāmis Nasctē: subicit continuo: Et patria Turnū cōsistere terra, Cui Pelumnius auus, cui diua Venilia mater. Indignioris cōparatiōe eleuauit, ostēditq; nō oportere id ita indignū uideri. Digrediendi rariū est apud aithores exēplū, sic ut digressu aduersarij uitemus laqueū. Quod enim praesentis tēporis & utilitatis laus est, quiduis dicere, ut de re non dicas, cū nihil possit utiliter de

*Et si non in uideri respice nec
uideri sed in se. In se hoc
cum pro re est suo re
Digressus.*

*claudom
arguere
in honore
digressus
nec
digressus
in honore
in honore*

eadici: id postea cum legeretur, posset aithoris uideri culpa factum, qui dilaberetur ab instituto, & grauius crimina nō diluta dmitteret. Pro Caelio tamen uidetur mihi Cicero hoc soluendi genus expressisse: cum responsum ei crimini, quo obiciebatur paratum habuisse domi uenenum, & uim eius in seruo expertum esse, digressus est ad mortem Q. Metelli, suspicionēque facit, Clodij scelere, ueneno sublato illum fuisse, ipsamque mortē genuit & lachrymis prosequitur: simulque reprimit aduersarios, uelut simili ictos crimine, simul impetu dictionis, & affectu, mentem ad huius criminis cogitationem diuertit. Sicut autem non satis commodē modus hic elabendi in literas mittitur, sic inter disputandum, & in foro, & in scholis, creberrimē solet expeti.

Sicut autem est disputantis. Quae de solutione argumentationum habet Rodolphus, ea ob oculos ponit sequens descriptio.

Solutio argumentatio
nū duplex
est.

Vna uera, quoties uerē diluimus,
id quod ab aduersario propo-
situm est: eaque duobus fit modis:

Principio, si ostendamus falsum esse
propositum, id est, ut nullo quimur
antecedens.

Deinde, si doceamus non esse ratam
consequentiā, hoc est, si probemus
conclusionem non necessariō
ex ante cedente sequi.

Vel in rem, quoties parem,
aut etiā grauio-
rem, quam sit ea quae ob-
iecta est nobis, aduersario
reponimus.

Vel in personam, cū ostē-
dimus, non decere perso-
nam aduersarij, ut haec nobis
obiciat, etiā si con-
flet ea uera esse.

Primum
regeren-
do, idque

Altera ad hominem, puta
quae non rei, sed homini fa-
tisfacit. Fitque ea trifariam.

Deinde eleuando, cū uideri uoluntus
contēnere id quod aduersarij obicit,
dicimus; id tale esse quod rideri magis,
quā dilui mereatur.

Postremo digrediendo, cū animum au-
ditoris digressu quodam a proposito ab-
ducimus, itaque alius occupamus ut eius
quod obiectum est nobis, quaedam obre-
par oblitio: & quanquam non sit, tamen
dilutum esse uideatur.

Sapienter diues sc
ciudū Stoicos.

Sapienter nullae desunt opes. ergo sapiens est diues.] Quem Stoici dixerint diuitem, Cicero docet in epistola quadam ad Trebatium: Balbus (inquiens) mihi confirmauit, te diuitem futurum. Id vtrum Romano more locutus sit, bene nūmatam te fore: an quomodo Stoici dicūt: omnes esse diuites, qui caelo & terra frui possunt, postea video. Et apud Tragicum Iason inquit.] Seneca in Medea verba haec sunt:

I A S O N. perimere cum te vellet infestus Creon,
Lachrymis meis euictus exilium dedit.
M E D E A. Penam putabam, munus (vt video) est fuga.
I A S O N. Dum licet abire, profuge, teque hinc eripe.
Grauis ira regum est semper. M E D E A. Hoc suades mihi,
Praestes Creuit, pellicem inuisam amoues.
I A S O N. Medea amores obiiis: M E D E A. Et eadem, & dolos.

Triplici de causa fieri expositionem, & sum unicuique expositionis generi esse propositum finem. Deinde, probabilem esse oportere expositionem eam, qua fides alteri rei queritur, reique probandae accommodatam, & quomodo id fiat. Postremo, cuiusmodi esse debeat eius exordium.

CAP. XVI.

E argumentatione autē quid ea sit, & quae species eius, & quomodo conficiatur, quantum ad inueniendi rationem pertinet, haec sufficere uidebuntur.

Expositio nū duplex.

Expositio sequitur, quam speciem orationis alteram fecimus.

Exponimus autē fere propter has causas, uel ut audiētū uoluptate demulceamus aures, uel ut rem ipsam cuiusmodi sit explicemus, uel ut fidē alicui alij rei expositione queramus. Primum sequuntur poētae. Proximum qui monumentis rerum tradendis, uel praesentes, uel posteritatem conantur docere, ut qui historias & exempla uirorum rerumque insignium literis mandant. At qui faciendae causa fidei de re aliqua exponunt, hi sunt ut oratores, ut philosophi, ut reliqui artifices, quibus per sepe in alterius usum rei alia res uerbosius est recensenda. Trium igitur harum expositionum finis est cuique finis.

Qui enim uoluptatem solam spectat audientis, dummodo eam sequatur, uera an falsa, probabilia an incredibilia dicat, nihil sua credit referre. Quod si quando uerisimilia, aut uera dicit, emixiusque colorem tuetur ueritatis, non

Finis primi generis, uoluptas auditoris.

in oratione
a poeta historiam que fiam fit
nec deum aut historiam
tuo uisum tam eum
q. f. p. f. h. a. c. a. p. e. d. p. a.
s. p. u. r. e. p. a. r. e.

id tantum ex sua facit persona, quantum ex illius persona, cui talia tribuit. quoque; sine illi congruentiora, sic dicuntur. Aut praesepae in his, ubi uana affectus specie mouere cupit auditorē. Aptissima est enim talibus ueri similitudo. Quodque praecipit Horatius, Ficta uoluptatis causa, sint proxima ueris: id non in uoluptate modo, sed in omni affectu praecipud est obseruandum. Scriptores autem rerum e contrario, primam omnium ueritatem expetunt, posterior uoluptatis est cura, Si tamen legem illam, quam sanxisse Thucydides historiae uidentur, obseruare uelint, malintque rem perpetuo duraturam cōficere, quam gratiam breuem mereri. Vera autem dicunt haec tēus ut sua sint conscientia contenti: neque sollicitē querendum putant, quomodo fiat lectori fides eorum quae recensent: quando & grandia pleraque & ad incredibile quantumque accedentia, uelut ex periculo petunt, ut admiratione lectorē deinceant. Sic ubi uerō ponuntur aliqua faciendae fidei, talia ferē sunt, ut magis grauitatem auctoritatemque scriptoris commendent, quam rem probēt. Cuiusmodi sunt seire se mere dabilia & fidem excedētia narrare, sed ita tamen à maioribus accepisse, ita posteris tradituros: uel compertum sibi, re sic habere: constanter se uerum in qualicumque hominum opinione dicturos. quandoque uerō ne sibi quidem satis probari, quare quemque pro suo captu dempturum additurumue fidem. Quare probabilitatis abunde est istis, rem tradi sic, ut non sit improbanda, id est, ut uera dicantur. Deinde, ne uideantur falsa: quod fit, si neque inter se dissideant, neque temporibus, personis, locis, ea quae traduntur, discrepent. Pleraque enim uera, turbato ordine coniunctioneque rerum, incredibilia uidentur. contra falsa, disposita ut singulae inter se partes congruant, uerisimorum implent fidem.

Secundi generis finis, ut uera sint quae dicuntur.

Causa autem quamobrem parata sit scriptori fides, cum ex scriptoris persona, quod nihil tale uideatur, quare debeat potius uelle falsa tradendo ledere existimationem suam, quam uera dicendo sancti grauisque uiri de se opinionem ad posteros transmittere: tum quod lectoris parum aut per sepe nihil interest sic uel sic re esse arbitrari: praesertim si non aliunde paratum sit, quo possit uanitas scribentis coargui: quale Herodoto & nonnullis quoque scriptorum, qui indulserunt ingenii suis, contigit. In reliquis facile lector accedit. Mauult enim (quod uulgo dici solet) credere quam exquirere. Aperta ergo sunt apud eos omnia, erecta, sublimia, securae: ut qui non timeant, non timeantur. At in expositionibus iis, quibus fides alicui rei queritur, non satis est esse nerae quae exponuntur: sed & firma, & uelut fidem sibi ipsis facientia oportet esse: tum ad id cui probando destinantur ita accommodata, ut capita fidei faciendae confirmandarumque rerum nostrarum omnia possint inde depromi. Instat enim aduersarius, & suspecta habet omnia, neque quaequam impune dimittit, & uel negat, quae nocitura sunt: uel si id nequit uertere in suos usus, & ad se rapere conatur, efficereque ut uel profint, uel utique quam minimum obsint.

Omnis ergo disputantis expositio, quae probando alicui destinatur, necesse est duo praecipue habeat. Prius est, ut probabilis sit, nec enim fides alteri rei per eam parari poterit, si dubiae sit ipsa & ambiguae fidei. Deinde, ut accommodata sit, id est, ut illi rei, quam probare per eam uolumus, apte iungatur, sicque expositio fiat, ut commodè fides ex ipsa possit duci. Parum est enim, ipsam per se probabile esse, si non id quod probare conamur, colligere per eam possumus.

Finis generis rerum, ut fidei faciendae in iis, quorum gratia exponitur.

Duo necessariae expositioni ei, qua quis fidei facere conatur.

Probabilis sit expositio, si sit argumentosa, si consentanea rebus, si per se consequens. Argumentosa est, quae causas habet rerum. Causas autem ut habeat, non modo summa rerum quas exponimus, ut sunt causae belli gesti, causae pestilentiae, aliarumque rerum quae solent a scriptoribus ante ipsas res explicari. Qualis est etiam pro Milone tota fere narratio. Causas enim habet, primum, quare Clodius animum praeturae suae in Milonis consulatum distulerit. Hinc, quare Milonem occidendum destinauerit. Demum, quare hoc loco, hoc tempore. Sed in singulis etiam partibus, expositionis causas addimus, cuiusmodi est, sepe fugam Danaum Troia cupiere relicta Moliri: causam addidit, Et longo fessis decedere bello. Quod reuera quidem argumentatio, quantum colorem habeat & faciem expositionis. Sic etiam assensere omnes. Quare assenserunt: quia quae sibi quisque timebat, Vnius in miseri exitium conuersa tulere. Sed & alia nonnunquam ponuntur argumenta. Ut, Sanguine placatis uentos & uirgine caesa: argumentum est eius quod sequitur, Sanguine quaerendi reditus. Et pro Milone: Etenim palam dicebat, consulatum Miloni eripi non posse, uitam posse. Subdit orator, Significauit hoc sepe in senatu, dixit in concione. Quin etiam Fauonio, & reliqua quae sequuntur, prioris illius sunt haec uelut indicia. Consentanea erit expositio, si personis, locis, temporibus, rebus consentiat. Personis quidem, si quales sunt, talia facta earum dictaque effingantur. Nec enim eadem conuenient Achilli, & Nestori, & Ulyssi uerba: nec eadem facta erunt in his probabilia. Sic & alia facinorosa, alia uirum, alia doctum, alia indoctum, alia militem, alia togatum decebunt. Locis & temporibus accommodabitur: si quo loco unumquodque, quo tempore uerisimile est factum esse, sic exponatur. Rebus uero conue-

Quomodo consentanea.

Quomodo uelut non consentanea

Argumentosa est, quae causas habet rerum. Causas autem ut habeat, non modo summa rerum quas exponimus, ut sunt causae belli gesti, causae pestilentiae, aliarumque rerum quae solent a scriptoribus ante ipsas res explicari. Qualis est etiam pro Milone tota fere narratio. Causas enim habet, primum, quare Clodius animum praeturae suae in Milonis consulatum distulerit. Hinc, quare Milonem occidendum destinauerit. Demum, quare hoc loco, hoc tempore. Sed in singulis etiam partibus, expositionis causas addimus, cuiusmodi est, sepe fugam Danaum Troia cupiere relicta Moliri: causam addidit, Et longo fessis decedere bello. Quod reuera quidem argumentatio, quantum colorem habeat & faciem expositionis. Sic etiam assensere omnes. Quare assenserunt: quia quae sibi quisque timebat, Vnius in miseri exitium conuersa tulere. Sed & alia nonnunquam ponuntur argumenta. Ut, Sanguine placatis uentos & uirgine caesa: argumentum est eius quod sequitur, Sanguine quaerendi reditus. Et pro Milone: Etenim palam dicebat, consulatum Miloni eripi non posse, uitam posse. Subdit orator, Significauit hoc sepe in senatu, dixit in concione. Quin etiam Fauonio, & reliqua quae sequuntur, prioris illius sunt haec uelut indicia. Consentanea erit expositio, si personis, locis, temporibus, rebus consentiat. Personis quidem, si quales sunt, talia facta earum dictaque effingantur. Nec enim eadem conuenient Achilli, & Nestori, & Ulyssi uerba: nec eadem facta erunt in his probabilia. Sic & alia facinorosa, alia uirum, alia doctum, alia indoctum, alia militem, alia togatum decebunt. Locis & temporibus accommodabitur: si quo loco unumquodque, quo tempore uerisimile est factum esse, sic exponatur. Rebus uero conue-

Quomodo con-
sequens.

nier, si letis incunda, serijs grauis, ridiculis faceta, insignibus ornata, tristibus acerba tribuatur expositio. Consequens autem erit, non modo, si prioribus sequentia non discreper: id enim potius est uitium fugisse, quam aliquam laudem meruisse: sed si sic exponantur priora, ut uel ex ijs quæ posterius dicuntur expectentur, & propemodum auditor ipse sibi subiiciat ea: uel qualiacunque dicentur, tamen cuncta uideantur ex priorum fide pendere. Quod diligentissimè obseruatum est Ciceroni pro Milone. Quamquam enim ancipitis fidei sit, & (ut creditur) ad insidiarum ratione, falsa narratio: quoniam fortuitam eam pugnam fuisse traditur: sic tamen omnia per gradus quosdam certa serie feruntur, ut nihil percipere possis, quod non cohereat prioribus, & ueluti uinculo conexum sit, ut tãdem uestigijs quibusdã ad eãdem, uelut manu præhendendam, ueniat. Plus habet negotij id quod diximus secundum esse debere in expositione, ut accommodata sit ad id cui per eam paranda est fides. Nã probabilis est ratio, cum sint omnia quandoque quæ sunt in expositione confessa parti utrique. Formare autem aptè & accommodatè instituto nostro expositionem, id fundamentum sedesque totius nostræ disputationis. Hoc est enim quo præparatur in foro iudex, & ad omnem sequentium argumentationum confirmationem componitur. Ante omnia igitur uidè dum est, quid sit id, quod uolumus expositione, & cui ex ipsa quaeritur fides, idque cū omnibus expositionis partibus conferamus, & facile uidebimus, quid habeat res quod iuuet partes nostras, quid etiam quod offendat. Vbi totã enim pro nobis est, parum est quod metuamus: sic parum est quod si peremus, ubi obest tota. Deinde quæ profunt, danda est opera, ut plurimum iuuent: & eruenda argumenta explicandaque:

A tãdica sim
i postquam uenit
pellegar coherere
ipso modo
cur

Debet habere expositione
quæ in ratione probatur

Qua ratione po-
tissimum expo-
sitiõ rei proban-
de fiat accom-
moda.

Scipio p. 10
in amib)

quæ tum cum dicuntur, quanquam non cum summa rerum coniungantur, ut ipsam efficiant: ipsa tamen audientis cogitatione, colligentis apud animum suum, hoc ipso maxime profunt tunc, quia minus in ea parata uidetur. Quæ uero dubia sunt, & dicentis interpretatione possunt in hanc uel illam distrahi partem, sic tractanda sunt, ut nobis profint. Quæ nocent, mollienda sunt: curandumque, ut quamminimè obstant. Fiant autem hæc omnia argumentis, quæ sumuntur ex locis, quos superiore libro descripsimus: sed hæc argumenta ponuntur: nam ut ueniat quandoque argumentatio in expositionem, breuis tamen ea est, fitque non ita crebro. Quædam autè consulto narratur à nobis sic, ut plane falsa & incredibilia perspicere possint, quoties ea quæ ab aduersarijs uel pro se exposita sunt, uel aliquin confirmatura partes eorũ uiderentur, sic deprauatur cõtraria expositione, ut prorsus detrahatur eis fides.

Illud autem ferè uidetur obseruatum, ut indecumq; petitum semper ponat fauorabilem primum narrationis ingressum, & ab aliquo quod causam suam commendet auspicetur. Terentianus ille Simo, continentiam filij sui laudaturus, cum tutò etiam uersatum eum inter modesta parum ingenia uellet ostèdere, uideretque meretricis personam præsentem laudũ commemorationi indecentius inseri, & posse uideri obstare estimationi filij, quod talis personæ consuetudinem expeteret, uidemus ut altius petito principio molliuerit omnia: & rem ipsam, & personam, pro suspecta & aspera, fauorabilè reddiderit. Incipit ergo, Interea mulier quædam abhinc triennium Ex Andro commigravit huic uiciniæ. Ut iam neque ga neonis neque omnes urbis angulos peruagantis uideri possit, si consuetudinem tertium tantum annum uiciniæ sibi Pamphilus habeat. Reliqua quæ sequuntur, ad commendationem perti-

Fauorabilem esse debere narrationis ingressum.

Narratio Simo-
nis illius Teren-
tiani.

no appereu ubi appereu
ne hinc tãdica

ne 2/3 salicis

nent mulieris, inopia & cognatorum negligentia coacta, e-
 gregia forma, atque etate integra. Videmus hic quanta huic
 delinquēdi excusatio, desert.a à cognatis & inopi: quāta fa-
 cultas, iuueni & formosae. Hæc tamen inter ista, primūm pu-
 dice, nec id solum, sed parcè ac duriter agebat, lana ac tela
 uictum queritans: ut obstinatioi tuēdi pudoris perspicui pos-
 sit. Hinc iam paulatim uelut gradibus incipit labascere. Sed
 postquam amans accessit ad iuuenem: pretium pollicens ad
 mopem: non primo tamen cōgressu uicta est: sed unus & item
 alter. Quod iam consequens erat, ut diceret proiecisse eam
 pudorem, quanta id cura molluit, ut culpam eam cum omnibus
 communicaret, diceretque, Ita ut ingenium est omnium homi-
 num à labore procliue ad libidinem. Quod tamē cunctantis
 signum est, primūm accipit cōditionem, tum iam demum quæ-
 stum occipit. Quemadmodum ergo pictores, qui colorem pu-
 rum & nulla circumfusum umbra, leniter primūm, ut propè
 sensum fallāt, incipiunt adumbrare: deinde paulatim subcre-
 scente obscuritate, cum iam postremo atrum umbræ toti op-
 pressit colorem, nihilque præter nigrū sit, uidemur tamen no-
 bis primam illam coloris speciem, quam purā accepimus, quia
 paulatim deficit, nec abruptitur usquam, etiā in ipsa umbra
 ubi nullus iam est, inuenturi. Sic & per suasionē primūm ac-
 ceptam, quia non uidemus in sequentibus eripi, licet desinat
 etiam paulatim, & tandem quātum ad rem pertinet, deficiat:
 qui audit tamē, quia nusquam ubi auferretur uidit, uelut ad-
 huc subsit, ita sequitur animo & adhæret. Quanquam ergo
 poëta à pudica orsus, ad meretricem, hoc est, ab honestissima
 persona orationem ad fœdisimam deduxerit: commendatio-
 nem, & fauorem, quem in pudica sumpsit, quia per media cū-
 ctā quatenus potest retentat, etiam cum ad impudicam per-

obstinate in 60 huj

uenit, adhuc tuetur. Circumspicienda sunt igitur diligen-
 ter omnia, nec utique statim ab eo quod in præsentī est quæ-
 sione incipiendum, sed repetendus plerumque altius ordo re-
 rum, si sit in eis aliquid, quod prosit. Cicero pro Cluentio, nō
 statim incipit à criminibus corrupti iudicij, ut ea quatenus
 tueatur narret: sed à persona matris, quæ maxime Cluentium
 premebat, primūmque à nuptijs matris iuita duxit: quæ ut
 ad præsentium criminum ordinem nihil attinebant, sic summæ
 defensionis res ipsa indicat plurimum ea profuisse. Quinti-
 lianus autem sicut in cæco in limine, statim expositionem in-
 cipit ab incendio: quia nihil erat, quare altius repeteret: &
 hoc ipsum primūm, continuo firmissimum pro causa erat: sic alij repent
 in milite Mariano, à seueritate parētum & educationis cœ-
 pit. Pater, inquit, huic emeritis bello stipendijs. Prius ergo iā
 mentem militando durauerat. Ne tamen otio molliretur, ex-
 auctoratas armis manus agresti subegit labore. Hinc est ma-
 ter prædurā, præcis moribus, & perusta frigoribus ac soli-
 bus, & rustici operis difficultates obire cū marito solita. Ab
 hac educatum filium, uirum, & qui iam meruerat stipendia,
 & his assuetum moribus, quisquam de stupro appellabit: cū
 ne illam quidem quamuis fœminam quisquam fuerit appella-
 turus impune: præsertim cum & hic ipse semper aliquid ma-
 ius annis conaretur, & omni opere prima etatis annos con-
 tra uoluptates firmauerit. Sic natum, sic educatum, quis iam
 non indignissime ferat tentari de stupro? Similiter etiam cum
 alijs in locis, tū in matris infamia, in parte matris expositi-
 onem petit à natiuitate filij. Incipiens ergo, non fœmina, non
 mater inquit, sed matrona: ut statim ex nominis eius reuerē-
 tia fauorem aliquem capter. Cuius puellares annos: quo in-
 credibilius iam sit in grandiore natu. Et cuius primam rit-

Cautè esse exor-
 diendum.

si sic de se de duo in op
 post se a nuptijs est

In declamat. Ce. h. a. e. s. g. n. a.
 cus in limine.

In declamat. Mi:
 les Marianus.

qui de d. m. b. t. e. p. a. n. t. h. o. r. a.
 u. d. e. b. i. n. e.

demque cōiugij mentem: quanto magis igitur assuetam iā & firmatam ad coniuales affectus? nulla libidinum resperfit infamia. Et cui impudēs rumor, qui parsurus utique nō fuisset ei: & suspicax maritus, quem non potuisset latere: nihil unquam potuit obijcere, nisi filium. Quis ergo iā credat incautiorem & inuuenta ab omnibus alijs intactā libidinibus, seniore & peritam rerum in filio demum peccare cœpisse? Simile est quod paulopost sequitur. Natum de se continuo, si quid ipsi creditis, impatientius complexa quam reliqua, parentes, non in nutrices nec in ministeria seposuit, suis aluit uberibus, suo fouit amplexu. Quo magis potuit munire sequētis aetatis indulgentiam, & affectum notabilem, quā hac educatione? Ante causam sunt hęc. Sed illud etiam quod sequitur: Accendebat hanc erga unicum optimæ matris impatientiam rigidus pater, asper maritus. Simul itaque patris suspicionem & rumorem, asperitati patris assignat. Et hi quidē qui præcipui sunt causę colores, & quibus ferē causa est inmixta, extra causam sunt. Ducuntur tamen ex his, quę sunt in ea, fidemque inde habent. Primę enim iuuentæ integritas, uelut certa est corā tali marito, qui fuit paratus accepta suspicionem filium occidere. Sic quod & ipsa aluerit infantem, reliqui temporis affectus credibile facit: cū soleat omnium matrum in recens natos impatientissimus animus esse. Et patris asperitas & mariti ex præsentis litis conditione descendunt. Asperum enim maritum fuisse uerisimile est, quem malę tractationis uxor coacta est facere reum: asperum patrem, qui rumori quę fuit filij morte satisfacere. Præcipui uerō cōsiliij est, uidere, non modo quę primo aspectu tanquam profertur a blandiuntur, uel tanquā nocitura terreant: sed altius cūcta introspicere, & si quid subsit etiam quod possit offendere.

Non inde continuo exordienti quod primo aspectu blanditur, sed diligentem inuadam, ut quid subsit, quod possit offendere.

re, seruari. In Cæco in limine, quid magis uidebatur esse pro filio, quā si pietas in patrem maxima ostēderetur? qui fuerit autem illud imprudentius secutus, dicit filium cum primū in incendium cucurrerit, extulisse sine cunctatione patrem: & quo plenius sit meritum filij, illam miserabiliorem, illam debiliorem reliquisse. Quintilianus autem cum uideret, quantum fauoris accederet ex patre, tantum causę ex matre periturum: quinetiam uisum iri, patrem illi inuisum quandoque potuisse fieri, qui potuerit eū damno maternę pietatis amare: facit ergo miseros parentes prope periisse pietatis equalitate, dum dubitat utrum prius efferat: & dicit tandem orator quanquam nolente id audire filio, patrem esse electum. Contrā, uidetur in matris infamia, primo aspectu matri nocitura benignior cū filio consuetudo. Non putauit tamē negandum, cum ex persona matris multo possit honestius defendi: amplectiturque tāquam simplicitatem illam materni amoris. Omnis igitur miserę cum filio sermo, omnis in publicum pariter egressus. Subdit deinde simplicem innocentem, nihilque metuentis securitatem. Gaudebat etiam quod laudandus occurribus, quod omni frequentia ceterūque conspicuus, populo iam ipse fateretur, quod plus amaretur a matre. In summa, si animū nobis sumamus aduersarij, & subinde singula quę ueniunt in expositionem apprehendamus, interrogemusque nos, quid hoc ad rem? qua parte proderit? tum si uiderimus, quo pacto uolumus ostendere aduersario prodesse: facile uidebimus etiam, quomodo narraanda sunt, ut profint. Et quo modo quę uidentur ob stare nobis, discutere uolumus, ea etiam excludēda sunt in expositione, ne noceant. Nec est quod quisquam putet, quanuis a solis propemodum oratoribus exēpla sumpserimus, idcirco nō esse in alijs artibus locū expositioni.

Nā & qui in Philosophia disputant, persæpe exponāt oportet. Nec enim sicubi recondita res aliqua deducitur in certamen, satis commodè tractari potest, nisi prius exposuerit is, contra quem differitur, omnem ordinem rei, quomodo habere eam putet, & quo pacto affirmet eam, quòue neget. Vnde uideamus in plerisque disputationibus, in quibus non exposuit mētē suam qui eam differitur, cum ille aliud defendat, aliud aduersarius petat, argumentationes omnes effundi in uētum, & solum superuacuis clamoribus diem teri. Ioannes Scotus itaque solet persæpe, sicubi perplexior quæstio incidit, uelut expositionis præponere formam imaginandæ rei. Quæ quādo sic explicatur, ut quadret, constentque sibi omnes partes eius, incredibile est, quantum facultatis tuendæ rei adijciat. Id autem non alijs præceptis quàm eis quæ tradidimus fieri, quisquis experiri uolet, facild uidebit.

Primum sequuntur poëtæ.] Horatius tamen in arte poëtica, tria poëtarum genera facit, quorum alij solam legentium voluptatem, alij uilitatem, alij quantar hæc utraque: Aut (inquit) prodesse uolunt, aut delectare poëtæ, Aut simul, & iucunda, & idonea dicere uita. Et paulò post: Omne tulit punctum qui miscuit uile dulci.

Historia lex.

Scriptores rerum è contrario primam omnium ueritatem expetunt.] Cicero secundo de Oratore. Nam quis nescit (inquit) primam esse historie legem, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid ueri non audeat, de qua suspicio gratia sit in scribendo, ne quid simulantur.

Thucydides.

Quam sanxisset Thucydides historia: uidetur.] Hic est Thucydides ille Atheniensis, Olori filius, inter historia: scriptores facile princeps, qui à suis in exilium missus, bellum Peloponnesiacum, cuius supra mentionem feci, octo libris complexus est.

Herodotus.

Quale Herodoto.] Hic patrem habuit Lyxium: matrem Dryo. Cumque patria Haliarnasensis esset, propter Lygdamin tyranum inde Samum profectus est: ubi & Ionicam linguam edoctus, nouem scripsit libros Historiarum, sed qui plus fabularum, quam ueræ historie continent. Omnis disputantis expositio.] Hic loco toti intelligendis exætius, non minimum momenti attulerint ea, quæ R herotes præcipiunt de narratione: in qua tria cum primis exigi aiunt, ut sit perspicua, ut breuis, ut uersimilis. Porro, quæ exëpla affert ex Virgilio & Cicerone, ea partim superius scripta à nobis sunt: partim sunt eiusdemodi, ut uel minimum, si hic ascribantur, collatura uideantur intelligendis uerbis Rodol. Itaque ea omittimus. Sed hæc argumenta ponuntur.] Hoc ipsum quarto Institutio libris hinc uerbis dicit Quintilianus. Argumentabimur (inquit) in narratione, ut dixi, nunquam: arguente utum ponemus aliquando. Et in eodem capite: Ne illud quidem inquit, fuerit inutile, femina quedam probationi spargere, uerum sic, ut narrationem esse meminimus, non probationem. Nonnunquam tamen etiam argumento aliquo confirmabimus quod proposuimus: sed simpliciter, & breui, &c. Quæ uelidcirco ascribenda huc uidebantur, quod hic locus Rodolphi, ut quidem uidebatur mihi, non uisue,

quaque uacabat mendis. Eramque hoc quicquid erronis erat, planè assignaturus ty pographis, nisi pridie quam in hunc locum scribere cœpissim, allatum ad me fuisset exemplar scriptum. Id in eum usque diem delituerat: Daunteriæ, primum apud Iacobum Fabrum, deinde apud istos, quos uocant fratres. Quid multis? Theaurum aliquem inuenisse mihi uidebar: sed posteaquam aperui, postquam cœpi euoluere: aliud nihil quàm sylus quædam futuri adhuc operis deprehendi: in ijs præsertim, quæ sua manu exararat Rodolphus. Quadruplex enim scriptura, aut si id mauis, character erat: & qua scripta essent manu ipsius, id iam constabat ex epistola quadam eius, ad Langium, cuius nobis legendæ copiam fecerat anno superiore amicus quidam. In ijs ergo alia uelut obeliscis consosæ erant, alia rursus ceu asterisci quidam in margine notata. Quædam his tære paucis interim commutatis uerbis repetebantur: quedam immutata sic erant, ut uix agnosceres. Quoties autem capita tota, uel expuncta omniuo, uel in alium erant locum traducta: quoties pagellæ aliquot desiderabantur: quoties interlitris medijs, margo occupatus sic erat, ut extrema uerba legi non possent: quoties ita consula, atque permittita omnia, ut nec caput, nec pes usquam existeret? Id ergo exemplar, quamquam hac parte alterius quàm Rodolphi manu scriptum, habebat ad hunc modum. Fuit autem hæc omnia argumentis, quæ sumuntur ex locis, quos superiore descripsimus: sed hic argumenta ponuntur. Nā ut ueniatur quandoque argumentatio in expositionem &c. Quæ lectio & ipsa parum ardet: apparetque mihi, hæc esse sententiam eorum qua scribere destinata Rodolphus. Fiant autem hæc omnia argumentis, quæ sumuntur ex locis quos superiore libro descripsimus: uerum ea hic argumenta ponuntur tantum, non etiam explicantur. Nam ut ueniatur quandoque argumentatio in expositionem, breuis tamen ea est, sitque non ita crebro. Quæ lectio planè consona est ei quod habet Fabius, ponendum nonnunquam esse in narratione argumentum, at nunquam esse id argumentum explicandum. Hoc enim est quod argumentari dicimus: cui ex sententiæ Ciceronis, argumentatio aliud nõ fit, quàm argumenta explicatio. Terentianus ille (Simo.) Verba Terentij in Andria sic habent:

Simo. Interea mulier quædam ab hinc triennium

Ex Andro conuigrauit huc uictoria,

Inopia & cognatorum negligentia

Coacta, egregia forma, atque ætate integra.

Sofia. Hæc uero, ne quid Andria apportet mali.

Simo. Primum hæc pudicè uitam, parçè ac duriter

Agebat, lana & tela uictum queritans:

Sed postquam amans accessit pretium pollicens

Uisus & itum alter, ita ut ingenium est omnium

Hominum à labore proclue ad libidinem,

Accipit conditionem, dein questum occipit.

Cicero pro Cluentio.) Duo diximus Cluentio obiecta fuisse, iudicium corruptum, & ueneficium. Horum prius illud defensus Cicero narrationem incipit à secleratissimis nuptijs matris, cui nomen Sofia. Ea, capta amore generi sui Aunij Melini, primum huc impulerat inuenem, ut filiam suam Cluentiam domo exigeret: deinde ipsa eidem nuperat: quod factum mire initio narrationis exagitat Cicero, docens hinc omnium malorum fontem originemque extitisse. Tum in matris infamia.] Hæc declamatio hodie in scribitur. Infamis in matrem. In ea Fabius orditur narrationem hoc modo. Matrona, iudices, cuius puellares annos, primam rudemque, coniungit mentem, nulla libidinum, respersit infamia: cui impudens rumor, suspicax maritus, nihil unquam potuit obicere, nisi filium: quæ pudicitia prima fiducia est, addidit partum, quem mater agnosceret. Natum de se continuo, si quid ipsi creditus, impatiens complexa, quæ n reliquæ matres, non in nutrices, nec in ministras seposuit: suis luit uerberibus, suo fuit amplexu. Nunquid & hos annos paricida: nunquid & pueritiam miseris iuuenis infamas? Actum est de sacrorum noninum fide, si ut uideatur innocens mater, ætas tantum filij facit. Accedebat hæc erga uictum optima: matris impatiens: trigulus pater, alper matris: & sibi uide-

hatur parum implere, quem pro duobus cōferebat affectum. Rarus hic nanque ad ocula, difficilis amplexibus, & qui vnicum aspiceret animo, quo quandoque posset occidere: fecit vt notabilior esset charitas matris. Omnis igitur miserat fermo cum filio omnis in publicum pariter egressus. Gaudebat etiam, quod laudandus occurribus, quod omni frequentia ceterique conspicuus, populo iam ipse fateretur, quod plus amaretur à matre &c. Reliqua vel acta iam sunt, vel per se fatas aperta.

Quot, & quæ orationis cuiusque partes. CAP. XVII.

Quot orationis partes fecerit Cicero.

In lib. de Oratore ad Q. Fratrem.

Quot Aristoteles.

Quæ oratio sola vna parte possit esse contenta.

R Eliquum est, de oratione, ut dicamus quot sint partes eius. Cicero libris illis, quos de Rhetoricis adoleſcēti sibi rudes, & imperfectos excidisse scribit, sex fecit. Eis quos postea uelut exactiori cura compositos edidit, solum quatuor uoluit esse: quarum duæ rem docerent, narratio & confirmatio: duæ mouerent auditorem, exordium & peroratio. Aristoteles duas tantum quæ necessariae essent putauit propositionem, & confirmationem: narrationem propositionem esse, & non semper necessariam, nisi cum longior, & perplexior res incidisset. Exordium, & perorationem (quemadmodum & Cicero sensit) non ad rem, sed auditore pertinere. Sed illi de ciuili tantum oratione dixerunt, nos in uniuersum dicamus. Oratio, quæ credentem habet auditorem, & sola expositione constat, sola expositione potest esse contenta: ut sunt Aristotelis nonnulla, cuiusmodi est prædicamentorum protinus à re sumptum initium: Eorum quæ dicuntur, quædam complexim dicuntur, quædam sine complexione. Et posteriorum itidem: Omnis doctrina, & omnis disciplina intellectiua, ex priore fit cognitione. Sic Casar libros belli Gallici incepit: Gallia omnis diuiditur in partes tres. Sed in illis fortè alia sit ratio, quoniam commentarios solum & indices rerum uoluit esse illis, qui post essent ea scripturi. Vt cumq; tamen nihil est quod ad absolutionem operis extra desideretur. Vt plurimum autè duas ferè partes habet hoc orationis genus. Exordii enim sepe præponitur ornadi magis

die dicit ad ad 10 25 fuit...
preparat et res in cuius...
fones

no q. p. 100 libo sed f. p. 100
libo ubi dicitur q. p. 100
re oratione ad p. 100
la cum uerborum hanc oratione
sep. 100 nulli

operis gratia, quæ quia res id exigat. Cicero quandoque, in his præcipue, quæ sine dialogo sunt, epilogum adiecit. Sed (ut dicimus) una tantum pars est necessaria. Quæ argumentatione constat oratio, duas habeat partes necesse est, expositione latius fusam, et in propositionem collectam, pro rei de qua disseritur qualitate, proinde ut uel simplex est, uel uarijs partibus perplexa, & uel cognita est audienti, uel ignorata. Nec alias desiderat partes, si sit eiusmodi quæstio, de qua disseritur, quæ cognitionis sit solum: quæq; sic, uel sic accipi, nihil interfit, & dicentis, & audientis. Etiam si actionis sit, si paratâ habeat beneuolentiam, neq; gratiam sibi ex cuiusquâ periculis petat, exordio nõ indiget: ut sunt laudationes, actiones gratiarum, & reliqua id genus. Cicero ergo acturus Quiritibus de reditu suo gratias, statim à re cepit. Et Ausonius protinus: Ago tibi gratias imperator Auguste. Quod si dicentis existimatio ducetur in discrimen, si quid fortè audientis offender animû, præfundum erit nimirû, & exordio munitus cõtra obstantia qui dicit. Sic si fuerint in decursu dictionis exasperata aures, placandæ erunt epilogo. Et enumeratione redigenda in summâ quæ dicta sunt, si multa mentè memoriamq; audientis fugitura dixerimus. At ubi uel res auditoris agetur: uel is perinde tanquâ agatur, fauebit aut oderit: nec iudicium solû audientis, sed propè certâs asserat, aut inter dicendum accipiet studium: ibi quatuor partes orationis res ipsa poscet: duas, captadæ auditoris animo paratas, duas rei docendæ. Quarum quæ ad docendû pertinent, narratio, & confirmatio: hæc, argumentatio est: illa, expositio: de quibus satis multis (quatenus huius est instituti) diximus. Reliquæ duæ quæ per mouedò destinatur auditori, principii & peroratio, partim argumentatione constât, partim expositioe.

Quæ duabus.

est si...
fines...
49

si res necessariae...

Quod precatus ab Ioue Opti. Max. ceterisque dijs immortalibus. Quiritibus &c. Exordium est orationis qua Gratiano gratias agit, pro demando dato sibi constituto.

in genere deliberatio. Quæ exigat partes quatuor.

quæ...
tunc...
Exordii munera...
tina.

S 4

pluribus res quæ concipi...
expositio...
Cicero...
si uoluerit...
necesse est

Principij tria ferè constat esse munera: ut beneuolum faciat
auditorum, ut attentum, ut docilem. Quorum priora duo argu-
mentatione propemodum cõficiuntur, postremũ expositione.
Perorationis itè tria sunt, ut conciliet auditorẽ sibi, ut ad-
uersario faciat infensum, ut collectis enumeratione capitibus
rerũ, que tota demonstrat oratione, audiētis ea memoria
affigat. Quorũ postremũ expositionis habet naturam: prio-
ra similia sunt argumentationi. Sanè si demus sanctum, &
incorruptũ auditorẽ, non gratia, nõ offensis obnoxiiũ: sufficit
principio docilitas, & enumeratio perorationi. Ad illos quo-
rum animos, amor, ira, spes, metus, fauor, inuidia poterit au-
ferre, reliqua adhibẽtur. Dociles facimus auditores, si breui
summa, que dicturi sumus, uelut oculis subijciamus, ostenda-
mũsq; ordinem rerum dicendarum, & in partes orationẽ di-
ducamus. Enumerãdi quoq; est expedita ratio, si firmamẽ-
ta singularũ argumentationũ colligẽtes, dicamus, cum hæc &
hæc probauerimus, non uidere nos, quid amplius quisquã de
re dubitet, aut quid istis respondere aduersarius possit: aut
aliqua figura alia utamur, cuiusmodi multæ ponuntur ab au-
toribus, & multo plures possunt fieri. Beneuolẽtia, odium,
misericordia, ira, rebus quidẽ nõ distat in principio, & per-
oratione: tractatione uerò, & eloquendi ratione, multũ diffe-
runt. Lenius enim & modestius in principio proferunt se, nõ
dũ cõciliato nobis, aut ducto in partem nostrã auditore. In
peroratione, cum flexus est oratione accessitq; nobis, & pro-
mis omnia x animis accipitur: tum ardet affectibus cuncta, tum
obijcitur auditoris iræ aduersarius, tum nostras partes mise-
ratio lacrymæq; commendant. Cum fiant autem hæc omnia
affectuum per motione, quod pacto oporteat ea expediri, pau-
lo post aperitur, cum in commune que pertinet ad affectuũ

*hanc uel in uentura epistola
ne sit admonitio uel sit
palliatio*

Trium perora-
tionum.

Docilitas in exor-
dio.

Enumeratio in
peroratione.

Cõparatio prin-
cipij cum perora-
tione.

Auribus.

*ubi bene uel sit
beneuolentia aut pro-
prietate uel sit
re*

naturam, & que sit ratio eorum tractandorum, dicimus.
Ducenda sunt autem exordia, non ex his que causam confir-
mant, aut rem de qua queritur, docent: cõfirmatio enim fiet,
non exordium: sed ex eis, que circa res personæ sue posita, sa-
uorem, aut alienationem audientis paratur uidentur, quibus
non tam rem seclusus, quam animum suum, pronunciaturus for-
tè sit de questione. Si quis autem perditorem, que sit audi-
toris, de persona dicentis, de causa, de aduersarijs, opinio:
quantum permotus aduersariorum oratione sit, quid in per-
sonis rebusque fauorabile, aut infensum: facile uidebit, unde
beneuolentia sibi concilianda, quomodo aduersarijs odiũ of-
fundendum, quomodo conflata iam sibi inuidia occurrẽdũ.
Nec enim solum datur opera, ut audientis nobis animum ad-
iungamus, sed ut alienatum etiam nobis exasperatumq; pla-
cemus. Quod si quando breuiter in exordio capita aliqua no-
strarum aut aduersæ partis argumentationum perstringimus,
quod persæpè fieri solet, cum uehementius adductus aduer-
sariorum oratione uidetur auditor, non facimus id tamẽ, quod
probare uelimus ibi, aut confirmare causam, sed ut spem fa-
ciamus hac qualicũque labefactione, postea nos omnia de-
monstraturos. Demetrius itaque apud Liuium Persi fratri
responsurus, lacrymas fratris primũ inuasit, quomã uide-
batur illis maxime ualuisse apud patrem, quem iam pridem
magis secundum Persen sentire credebat. Deinde in reliqua
incurrit. Benignus enim in singulis audiatur oportet, cui uer-
bius ea prosequitur, ubi omnium simul, quantulumcumque hoc
fuerit, aliqua tamen ex parte antè subleuauerit fidem. Sic
Quintilianus in Pariete palmato, ingens domus spatij cruo-
re notatum, & noctem electam sceleri, & gladium adole-
scitis relictũ, & uno uulnere peractum scelus, & institutum fi-

Exordia unde du-
cenda.

Quomodo fiat,
ut in exordijs
quandoque capi-
ta aliquot argu-
mentationũ per-
stringamus.

Macedonici bel-
li lib. 10.

Declamatio est
in scripto apud
Quintil. hoc ne-
mine.

*hanc uel in uentura epistola
ne sit admonitio uel sit
palliatio*

*inconfessione
que est in scripto illic
que est in scripto illic
que est in scripto illic*

lium heredem, cuncta uelut delibans, aperit sibi iudicium au-
ris, facilioremque uiam defensionis suae sternit. Peroratio-
nis autem ferè hæc est ratio. Primum causæ fides enumerati-
one firmatur, si tamen ea sit causa, quæ propter magnitudi-
nem suam hanc diligentiam postulet. Postea approbata iam
causa, in liberius effertur oratio, & scelus rei augeo exag-
gerandoque accusator insectatur. Quandoque conditionem
eius etiam deslet, qui accepisse iniuriam dicitur. Cõtrà reus,
ubi iam defendit se, tum peroratione duram miserandamque
sortem suam ostendit, cui innocenti immeritò pericula struân-
tur: & graues casus, qui se maneat damnatum: & preces la-
chrymâsque, & omnia mouendæ misericordiæ experitur.
Nominquam & conspirationem contra se aduersariorum,
& crudelitatem premit: qui odia sua periculis & exitio cum-
pian innocetis explere. Quæ omnia suas capiunt quæstiones,
inueniendique ratione (ut prius ostendimus) nihil ab alijs dif-
ferunt: eloquendi uerò genere plurimum. In affectibus enim
præcipue regnat eloquentia. Nam quieta compositaq; mens
auditoris, quanuis sedata oratione, optime docebitur. Vis au-
tem omnis impetûsque & fulgura illa tonitruaque orationis,
qualia fuisse in Pericle memorant auctores, quæ nõ impellat
modo, sed auferant eripiantque sedibus suis animos: ea sunt
omnia, mouendis, turbandis, miscendisque affectibus parata.
Quæ sint ergo species orationis, & quid sit argumentatio,
quid expositio, quot partes habeat oratio, & quando usu ue-
niant, quibusue constent, hoc modo nobis sit explicatum.

Reliquum est de oratione, ut dicamus. Summa eorum, quæ hoc capite ab Rodol-
pho explicantur, est hæc. Quatuor ad summum esse possunt orationis cuiusque partes:
exordium, narratio, confirmatio, & epilogus. Quibus tamen non inueniuntur semper uten-
dum, sed interdum una, interdum duabus, interdum omnibus: prout postulanti præsens rei con-
ditio. Porro exordium est pars orationis, idoneè comparans animum auditoris ad reliquã
dictionem. Quod eueniat, si illum beneuolum, si attentum, si docilem fecerit. Narratio est
rei gestæ, aut perinde ut gestæ expositio. In qua tria hæc exiguntur, resti breuis, ut per-
spicua, ut credibilis. Confirmatio est, qua & nostra confirmamus, & aliena refellimus.

Partes orationis
quatuor.

Exordium.
Narratio.

Epilogus est artificiosa totius orationis conclusio. Etiam si nonnumquam & in media ora-
tione adhiberi consuevit. Constat duabus rebus, enumeratione & affectu. Enumeratio est
breuis eorum quæ tota oratione sparsim dicta sunt, repetitio. Affectus est vehementior
animi commotio, ut misericordia, indignatio, ira, inuidia, timor, spes, gaudium, dolor. Hæc
summa. Eis quos postea uel exactiori cura compositos addidit. In partitionibus
interrogatus à filio pater, quot sint partes orationis, quatuor illas esse respondit: quarum
duas ualere ad rem docendam, narrationem & confirmationem: reliquas duas ad impel-
lendos animos, principium & perorationem, siue epilogum. Sed in illis forte alia sit
ratio. Cicero in libro de claris oratoribus ad Brutum, de Cæsare loquens, Atque etiam
commentarios quosdam scripsit (inquit) rerum suarum, ualde quidem inquam probados.
Mihi enim sunt recti & uenusti, omni ornatu orationis tanquam ueste detecta: sed uol-
uit alios habere parata unde fumeret, qui uellent scribere hiltoriam. Inceptus gratum for-
tasse fecit, qui uoluit illa calamistris inuire. Sanos quidem à scribendo deterruit. Nihil
enim est in hiltoria, pura & illustri ueritate dulcius. Vt uenque, tamen nihil est, quod
absolutionem operis extra desideret. Quibus animaduertat, non vacare hunc locum
mendis: & tamen scriptum etiam exemplar hunc in modum habebat. Ego putem hoc pa-
tro scriptum fuisse à Rodolpho: Vt uenque, tamè nihil est, quod ad absolutionem operis ex-
tra desideret: aut certe hoc modo: Vt uenque, tamen nihil est, quod ad absolutionem ope-
ris extra desideret.

Quæ argumentatione constat oratio. Ne hunc quidem locum
fatis integrum esse, id constare uel hinc potest: quod cum duas partes initio proponat, de-
inde non nisi vnam enumerat. Et tamen in scripto exemplari etiam sic legitur. Mihi ap-
paret, hanc alterius partem omittendæ causam fuisse Rodolpho, quod priorem illam pau-
lorum pluribus prosequitur uerbis, quæ res interim esse in causa solet, ut ad reliqua sese finan-
tes, eorû quæ proposuimus partem aliquam omitteret. Ergo aut ego planè hallucinante,
aut hic locus integrè legi sic potest: Quæ autem argumentatione constat oratio, duas ha-
beat partes necesse est, expositionem latius fufam, uel in propositionem collectam, pro
rei de qua dissentitur qualitate, proinde ut uel simplex est, uel varijs partibus perplexa, &
uel cognita est audienti, uel ignorata: & argumentationem. Vt sit hic sensus: Eius ora-
tionis quæ argumentatione constat, duæ ut minimum partes sunt, expositio & argum-
entatio. Verum quod ad expositionem pertinet, ea non eadem semper ratione tractatur:
sed quandoque latius funditur, cum est causa perplexior, & auditori ignota: quandoque
contrà in paucissima contrahitur uerba, ut nihil aliud sit, quam breuis quadam eorû, quæ
tota oratione dicenda sunt propositio. Id quod tum fit, cum est causa simplex. neque vi-
que adeo incognita auditori, ut multis in ea explicanda uerbis sit opus. Quarum quæ
ad docendum pertinent. Quatuor, inquit, in hoc genere orationis sunt partes, è quibus
duæ ad rem docendam pertinent narratio & confirmatio: quarum priorem illam nos ex-
positionem, alteram argumentationem uocamus. Reliquæ duæ in hoc adhibentur, ut cõ-
moueat auditor, quæ sunt principium & peroratio. De quibus multa Fab. Quintilianus
libro quarto & sexto, & Cicero de Oratore ad Quintum fratrem. Sanè si demus san-
ctum & incorruptum auditorem. Sic Quintilianus libro duodecimo: Quod si mihi des
consilium iudicium sapientium, perquam multa recidam ex orationibus, non Ciceronis mo-
do, sed etiam eius qui est strictior multo Demosthenis. Neque enim affectus omnino mo-
uendi erunt, nec aures delectatione mulcendæ, cum etiam procemia superuacua esse apud
tales, Aristoteles exiitmet. Non enim trahentur illi sapientes. Propriè & significanter
rem indicare, probatice colligere, fatis est. Lenius enim & modestius in principio
profertur se. Ita habet libro quarto: Nec enim sum in hac, inquit, opinione, qua quidã
ut eo ditare prozeuim ab epilogo credam, quod in hoc præterita, in illo futura dicantur:
sed quod in ingressu parcius & modestius prætentanda est iudicis misericordia: in epi-
logo uerò liceat totos elundere affectus, & hictam orationem inter ferio perfonis, & de-
fectuos excitare, & pignora eorum producere, quæ minus exordijs sunt uisitata. Qua-
lia fuisse in Pericle memorant auctores. Multa sunt quæ de Periclis eloquentia passim
apud auctores occurrunt (ut, author est Cicero, & nos antè attingimus) fulgere, tonare,

Confirmatio.
Epilogus.
Enumeratio.
Affectus.

Commentarij
Cæsaris.

Quod dicitur ex-
ordium & epilo-
gus.

Pericles.

RODOL. AGRIC. DE INVENT.

ac permiscere Græciam dictus est. Optare is solebat, ne quod vnquã sibi excideret verbum, quo offenderet populum. Adeo ei cordi erat, vt & diceret ea que ex Republica esse arbitraretur, & tamen non offenderet eos, citra quorum assensum nihil effici posset. Fuit eodem tempore quo Pericles, Athenis homo quidam non ignobilis Thucydides Milesius, Is aliquando interrogatus ab Archidamo rege Lacedæmoniorum, vter alteri palæstra, ipse Pericles an Pericles ipsi præfaret: equeidem præsto, inquit, ac hominem sterno: sed posteaquam surrexit, facile periuadet astantibus, non se sed me victum fuisse: efficitque dicendo, vt ipsius potius verbis, quàm suis illi oculis credant.

DE LOCORVM VSV, DEQVE PARANDA

ex locis copia. Vbi eam tamẽ principio questionem obiter pertractat, num quid inter sit inter locos Dialecticos & Rhetoricos.

Nullum inter locos Dialecticos & Rhetoricos esse discrimen, & solius proprii Dialectici munus esse, ut tractet de locis. CAP. XVIII.

Vlla ferẽ questio iniustus animo lectoris occurrere toto potuisset opere, quàm cum omnibus propè locis oratorum poetarumq; exemplis simus usi, quamnam credamus esse inter Dialecticos Rhetoricòsque locos differentiam: de qua nunc potissimum dicturi uidemur, cum tractatum locorum, hoc est, quomodo sint ad inuentionem loci accommodandi, sumus tradituri. Nam de inuentione, quã nos his libris aperire conamur, quãquam Dialectico tribuimus, plurã quàm Dialecticorum quisquam, Rhetores præceperunt: & locos magna ex parte eosdem quos priore libro descripsi, Cicero & Quintilianus, itemque alij qui Rhetorica complexi sunt, inseruerunt libris suis: & præter hos & alios quosdam, quos attributa personarum & rerum uocant, uelut proprios Rhetoris fecerunt locos. Et Boetius sic esse putauit, sic tradidit: cum in quarto libro Topicorum hanc ipsam tractaret questionẽ. Si uiderimus autẽ, quod sit proprium Dialectici, quod Rhetoris officium, quæ sit utriusque præscripta professio, non erit difficile uidere, utrius horum sit differere de locis: aut si sit utriusq; quo pacto tractãdos eos, hic sibi uel ille uendicabit. Et de Dialectice quidẽ, quod credamus esse munus illius, satis multis superius executi sumus.

Cap. 3. huius lib.

Num quid inter Rhetoricos ac Dialecticos locos interit.

Num quid inter Rhetoricos ac Dialecticos locos interit.

DIALECT. LIB. II

Oratorem uel Rhetora (eadem est enim nominis utriusque) quidam uoluerunt esse, qui de qualibet re posset aptè ornateque dicere. Quod si statuisent sic ut commoditas ipsa cultusque orationis, solius Rhetoris esset labor: ea uerò de quibus differeret, suis queque artibus relinquere esset aliquid fortasse quod dicitur. Sed illis parum usum est splendide ornateque dicendi laudem per se amplissimam oratori tribuere: nisi reliquarum omnium artium cumulũ propè immensum, iuri illius, ditioniq; subdidissent. Neque consummatũ eum dignum tanto putauerunt nomine, nisi idem de omnibus rebus simè sentiret, optime diceret. Quod si detur, fingamusque tam felicitis ingenij mortale aliquod esse pectus, ut artes, quibus nec singulis plene perdiscedis ullius hominis sufficit ætas, eas omnes unius studium possit assequi, memoria complecti: fatendum tamẽ erit, si tum de oratoris officio quaeratur, non questum iri de eo tanquam de discreta aliquis certæque artis sed tanquam de hominis officio, qui cunctas artes teneat animo comprehensas. Sed cum non donemus Rhetoris nomine eum, qui reliquas artes omnes perdidicerit: neque quicquam illi negotij cum Rhetorice putemus esse, nisi uiam, rationemque bene dicendi calleat: cõtrã uero qui sit hac instructus, & solam ciuiliũ questionum peritiã teneat, minimam utique artium humanarum partem: cũ hic laudi Rhetoris sibi nomẽ audeat asciscere, is que ipse solus sit, quem Rhetorum omnium libri doceãt & absoluãt, multò uidebũtur arctius Rhetorice contrahi fines. Aristoteles ergo ciuiliũ scientiã partem Rhetoricen uocat. Hermogenes etiam de ciuilibus questionibus dicere, Rhetoris censet esse. Cicero & Quintilianus quamuis aliud disputarint: non aliud tamen docent. Equidem non negauerim eum, qui sit de ciuilibus questionibus, hoc est,

De hoc Rab. lib. 1. cap. vltimo.

Sententia Rodolphi.

aliqui dixerunt in eislibi cap. 3. subiectis v. c. in arboris v. c. gub.

in sa. cel. h. o. r. e. u. i. u. i. g. u. i. p. r. e. c. e. p. t. u. d. i. n. 133. o. r. a. t. o. r. q. u. o. s. p. a. r. t. i. s. n. i. s. q. u. i. g. a. l. e. s. e. r. u. n. t. q. u. o. d. n. a. m. q. u. i. d. a. m. u. o. l. u. e. r. u. n. t. e. s. s. e. q. u. i. d. e. q. u. a. l. i. b. e. t. r. e. p. o. s. s. e. t. a. p. t. e. o. r. n. a. t. e. q. u. e. d. i. c. e. r. e. q. u. o. d. s. i. s. t. a. t. u. i. s. s. e. n. t. s. i. c. u. t. c. o. m. m. o. d. i. t. a. s. i. p. s. a. c. u. l. t. u. s. q. u. e. o. r. a. t. i. o. n. i. s. s. o. l. i. u. s. R. h. e. t. o. r. i. s. e. s. s. e. t. l. a. b. o. r. : e. a. u. e. r. o. d. e. q. u. i. b. u. s. d. i. f. f. e. r. e. t. s. u. i. s. q. u. e. q. u. e. a. r. t. i. b. u. s. r. e. l. i. q. u. e. r. e. n. t. e. s. s. e. t. a. l. i. q. u. i. d. f. o. r. t. a. s. s. e. q. u. o. d. d. i. c. i. t. u. r. S. e. d. i. l. l. i. s. p. a. r. u. m. u. s. u. m. e. s. t. s. p. l. e. d. i. d. e. o. r. n. a. t. e. q. u. e. d. i. c. e. n. d. i. l. a. u. d. e. m. p. e. r. s. e. a. m. p. l. i. s. s. i. m. a. m. o. r. a. t. o. r. i. t. r. i. b. u. e. r. e. n. i. s. i. r. e. l. i. q. u. a. r. u. m. o. m. n. i. u. m. a. r. t. i. u. m. c. u. m. u. l. u. m. p. r. o. p. e. i. m. m. e. n. s. u. m. i. u. r. i. i. l. l. i. u. s. d. i. t. i. o. n. i. q; s. u. b. d. i. d. i. s. s. e. n. t. N. e. q. u. e. c. o. n. s. u. m. m. a. t. u. m. e. u. m. d. i. g. n. u. m. t. a. n. t. o. p. u. t. a. u. e. r. u. n. t. n. o. m. i. n. e. n. i. s. i. i. d. e. m. d. e. o. m. n. i. b. u. s. r. e. c. t. i. s. s. i. m. e. s. e. n. t. i. r. e. t. o. p. t. i. m. e. d. i. c. e. r. e. t. Q. u. o. d. s. i. d. e. t. u. r. f. i. n. g. a. m. u. s. q. u. e. t. a. m. f. e. l. i. c. i. t. a. t. i. s. i. n. g. e. n. i. j. m. o. r. t. a. l. e. a. l. i. q. u. o. d. e. s. s. e. p. e. c. t. u. s. u. t. a. r. t. e. s. q. u. i. b. u. s. n. e. c. s. i. n. g. u. l. i. s. p. l. e. n. e. p. e. r. d. i. s. c. e. d. i. s. u. l. l. i. u. s. h. o. m. i. n. i. s. s. u. f. f. i. c. i. t. æ. t. a. s. e. a. s. o. m. n. e. s. u. n. i. u. s. s. t. u. d. i. u. m. p. o. s. s. i. t. a. s. s. e. q. u. i. m. e. m. o. r. i. a. c. o. m. p. l. e. c. t. i. f. a. t. e. n. d. u. m. t. a. m. e. n. e. r. i. t. s. i. t. u. m. d. e. o. r. a. t. o. r. i. s. o. f. f. i. c. i. o. q. u. a. e. r. a. t. u. r. n. o. n. q. u. æ. s. t. i. u. m. i. r. i. d. e. e. o. t. a. n. q. u. a. m. d. e. d. i. s. c. r. e. t. a. a. l. i. q. u. i. s. c. e. r. t. æ. q. u. e. a. r. t. i. s. s. e. d. t. a. n. q. u. a. m. d. e. h. o. m. i. n. i. s. o. f. f. i. c. i. o. q. u. i. c. u. n. c. t. a. s. a. r. t. e. s. t. e. n. e. a. t. a. n. i. m. o. c. o. m. p. r. e. h. e. n. s. a. s. S. e. d. c. u. m. n. o. n. d. o. n. e. m. u. s. R. h. e. t. o. r. i. s. n. o. m. i. n. e. e. u. m. q. u. i. r. e. l. i. q. u. a. s. a. r. t. e. s. o. m. n. e. s. p. e. r. d. i. d. i. c. e. r. i. t. : n. e. q. u. e. q. u. i. c. q. u. a. m. i. l. l. i. n. e. g. o. t. i. j. c. u. m. R. h. e. t. o. r. i. c. e. p. u. t. e. m. u. s. e. s. s. e. n. i. s. i. n. i. a. m. r. a. t. i. o. n. e. m. q. u. e. b. e. n. e. d. i. c. e. n. d. i. c. a. l. l. e. a. t. c. o. t. r. a. u. e. r. o. q. u. i. s. i. t. h. a. c. i. n. s. t. r. u. c. t. u. s. & s. o. l. a. m. c. i. u. i. l. i. u. m. q. u. æ. s. t. i. o. n. u. m. p. e. r. i. t. i. a. m. t. e. n. e. a. t. m. i. n. i. m. a. m. u. t. i. q. u. e. a. r. t. i. u. m. h. u. m. a. n. a. r. u. m. p. a. r. t. e. m. : c. u. m. h. i. c. l. a. u. d. i. R. h. e. t. o. r. i. s. s. i. b. i. n. o. m. e. a. u. d. e. a. t. a. s. c. i. s. c. e. r. e. i. s. q. u. e. i. p. s. e. s. o. l. u. s. s. i. t. q. u. e. m. R. h. e. t. o. r. u. m. o. m. n. i. u. m. l. i. b. r. i. d. o. c. e. a. t. & a. b. s. o. l. u. a. t. m. u. l. t. o. u. i. d. e. b. u. n. t. a. r. t. i. u. s. R. h. e. t. o. r. i. c. e. c. o. n. t. r. a. b. i. f. i. n. e. s. A. r. i. s. t. o. t. e. l. e. s. e. r. g. o. c. i. u. i. l. i. u. s. s. c. i. e. n. t. i. a. p. a. r. t. e. m. R. h. e. t. o. r. i. c. e. n. u. o. c. a. t. H. e. r. m. o. g. e. n. e. s. e. t. i. a. m. d. e. c. i. u. i. l. i. b. u. s. q. u. æ. s. t. i. o. n. i. b. u. s. d. i. c. e. r. e. R. h. e. t. o. r. i. s. c. e. n. s. e. t. e. s. s. e. C. i. c. e. r. o. & Q. u. i. n. t. i. l. i. a. n. u. s. q. u. a. m. u. i. s. a. l. i. u. d. d. i. s. p. u. t. a. r. i. n. t. n. o. n. a. l. i. u. d. t. a. m. e. n. d. o. c. e. n. t. E. q. u. i. d. e. m. n. o. n. n. e. g. a. u. e. r. i. m. e. u. m. q. u. i. s. i. t. d. e. c. i. u. i. l. i. b. u. s. q. u. æ. s. t. i. o. n. i. b. u. s. h. o. c. e. s. t.

de omnibus quæ in Repu. quærentur, prudenter ornatæque dicitur: & qui de pacis bellique rebus, & de legibus, omnique iuris diuini, humani, publici priuatique ratione differere possit, multis magnisque instructum artibus esse oportere. Sed quotusquisque fuit talis? Quanquã enim Cicero, præterque illum alter, tertiusue possunt hoc in genere numerari, reliqui dicere solũ sui negotij putabãt. Res si quæ recõditiones essent, ab his mutari, qui profiterentur, malebant. Et sicut Cicero ait Gallum dicere solitum, si quando questio incidisset, in qua non de iure sed de facto quæreretur: nihil hoc ad ius, inquit, sed ad Ciceronem: ita illi, si quando questio proferebatur, in qua de iure esset, non de facto contentio, illi tanquãd nihil ad Ciceronem, ad Gallum reuiciebant. Vocem tantum uerbãque commodabat orator, res à iuriconsulto petebantur. Itaque apud Græcos erant, quos ^{negotij uocabatur} uocabãt: & Romæ iuriconsultus aderat, qui dicenti res, (ut Quintilianus inquit) uelut telam textenti ministrabat. Aut igitur nõ erant Rhetores isti, aut si fuerunt, cum præstarent id quod solum in Rhetorum didicerant scholis, eumque & ipsi se Rhetoras esse uellent, & populus putaret, uidetur sola dicendi ratio ad Rhetora pertinere. Et sanè qui nõ habet eam, quantum sit aliarum artium cumulum cõsecutus, non habebitur utique Rhetor. Cum ueniat ergo ab ea sola Rhetoris nomen, sola uidetur quã propriũ sit præstare Rhetoris. Cui quæ Rhetorices etiã uocabulũ cõsentit, quod à dicendi munere tributũ esse Græci nominis indicat origo. Quod si omnia uelimus intra Rhetorices ambitũ claudere, quæcũq; sunt in foro dicturo necessaria: & Grammaticã, & iuris uel peritiã uel non inscitiã saltè, exẽpla monumetãq; uetus statis, & reliqua id genus Rhetorices putabimus partes: quas multũ & inter se &

Vide hoc. li. i. ca. 17.

*quæ si dicat in foro...
Sola dicendi ratio nemper tinere ad Rhetorem.*

*apud iuris...
repro...
repe*

à Rhetorice distãtes, artium discretæ p̄fessiones, & rerũ ipsa natura demonstrat. Nec me latet, eũ qui diceret in foro, semper uocatuẽ esse Rhetora, nec uel Homerũ, uel Thucydidem, uel Platonẽ, quanquã fuerit isti quisq; in suo genere faciẽdis simi, quisquã hoc nomine uocauit. Sed ut modò diximus, Rhetor ad hunc populare morẽ loquendi, hominis multarũ artium periti, nõ artis unius est nomẽ. Qui uolet autẽ suis finibus eũ Etas artes includere, eũ uideat omnes quæ uel cognitiõis sunt uel actionis, intra præscriptũ suarũ præceptionũ cõprehensas esse, haud difficulter perspiciet, eas quæ pertinet ad dicendi rationẽ (quos ^{uocabatur} Græci, nos rationales uocamus) & materia quam docet, & præceptionũ genere, ab aliis esse discretas. Cũ sint autem (ut alio loco diximus) tria, quibus perfecta constet oratio, quæ sunt, emẽdatio sermonis, probabilitas dictionis, & elocutionis ornatus: quoruũ eũ primũ Grammaticè doceat, secũdũ Dialecticè, tertiuũ cui tribuã nisi Rhetoricæ profus nõ inuenio. Nã si Dialecticè est munus, inuenire, quæ de re qualibet probabiliter dicuntur, (quæ admodũ Aristoteles, magniq; post eũ senserũt authores) inuentãq; diiudicare: si rectè probèque doceat id Dialecticè, nihil erit utiq; necesse, nouã ullã de inuentione Rhetori inferre metionẽ. Sed perspicuitas solum, cõpositio, cultusq; orationis, sius futura sunt labor. Nec quisquã propterea nudum me putet Rhetora & inopem destituere: qui quis uidebit, quantum negotij habeat eloquendi ratio, quantum iudicij: cum & sua poetis, sua historia danda sit: suam Philosophia, suam ciuilis oratio postulet, & uniuscuiusque generis uariæ sint adhuc multiplicesque differentia. Maximũque discrimẽ est apud poetas, quomodo Heroici carminis expleatur sonus, quomodo lenè illud molleque elegorum sculpatur, qua dictione Tragæ

*hanc dicitur orator...
lib. huius cap. 2.*

Lib. huius cap. 2.

*Canullii excludit...
quædam dicitur...*

*Hic eloquendi...
in libro de orat. & Cice.*

*Cuius præteratos...
in libro de Arte Poëtica H. orat. 2.*

*facit...
bi...
m...
re...
u...
p...
p...
p...*

his quos descripsimus redigantur, planum erit, qui singulos
 volet scrutari. Conueniunt autem solis coniectur alibus caus-
 sis. Qui quæret enim, an possit ciuitate * Roma donari is,
 cuius populus fundus factus non fuisset, id est, cuius populus
 Romanis legibus non uteretur: quod in Cornelij causa que-
 situm est: & an uis sit, metu armorum deterrere à possessio-
 ne quæquam, quod in Cecimæ iudicio fuit, quid habebit hic,
 quod ex attributis illis personarū, aut rerū dicat: Nihil pro-
 fecto, quo pacto hæc attributa à Rhetoribus describuntur.
 In his ergo si uolet inuenire ex locis aliquid, & non præpa-
 ratis argumentationibus uti, quas artium scriptores tradūt,
 necesse est redeat ad Dialecticū. Sic loci & omnis inueniē-
 di doctrina, dialecticis opus: eloquendi, Rhetorices erit.

Ciuilium questionum pars in legibus iuræque ciuitatis
 posita, quæ iurisconsultorum libris continetur, & ne eā qui-
 dem qui Rhetores uocabantur, attingebant. Pars in commu-
 ni sensu & usu uitæ consistit: quæ apertior est, quam ut arti-
 bus sit tradēda: aut si quid descendū est eis, à philosophis peti-
 tur. inuentionem ergo, eamque nec integram, nec absolutam,
 elocutionemque quatenus instituto suo conducebat, comple-
 xi sunt futuras tamen aliarum artium particulas, si quis to-
 tas eas uoluisset explicare. Hæcque pro artibus suis habita
 sunt, quādo sola hæc habuerūt, quæ possent artium specie doce-
 re. Laudandi tamen, agēdæq; in omne eū gratiæ uiris, illis
 quippe * qui nisi dedissent * illi initiū, & forent hæc ab eis
 in artium formā collecta, nemo fortè alius colligere tēstasset.

Nulla ferè questio.] Demior ego quonam errore illud congerit, ut in scripto
 etiam exemplari quo uisum, ab hoc loco factum scinonim libri tertij: cum Rodol-
 phus ipse, & quidem multis in locis, non tertio, sed secundo libro, de locorum usu se egis-
 se testetur. Vtque ex multis afferamus unum, aut alterum: circa finem primi libri, fuitque
 que isti, inquit, in summa loci vigintiquatuor, quibus in rem omnem, quancunque erutum
 inuentum que ratione, ducitur argumentum: idque qua via, quoque modo faciendum,
 proximo dicitur lib 10. Et libri huius capite secundo: Statutum est igitur nobis, inquit,

* Romana.

non a uoluntate
 quæ sit vel debeat
 nis animi spiritus
 iude se seologis

in de summo de non b
 goli huius

* Altera harū di-
 ctionū uidetur
 redundare.

hoc libro usum tradere locorum. Hoc libro, inquit, id est secundo, non tertio. Rursus ca-
 pitue vigesimo, loquens de libro primo, non primum, sed priorem illum appellat, quod
 ipsum & in hoc etiam capite facit: quæ ratio loquendi fuisse, ut inuestigata, si qua iis
 locis traduntur, pertinerent ad librum tertium. Quamobrem illud nobis certum indubi-
 tatumque sit, hoc illius initium esse non posse. Quæ de re dicemus, & in sequentibus In-
 terim, ut ueniamus ad id quod nunc agitur, quæcumque hoc capite docet Rodolphus, eo-
 rum omnium hæc est summa. Nomen Rhetorices bifariam capitur. Primum, pro omni
 & sola facultate ea, qua instructi esse debent ij, qui in foro causas ciuiles agunt. Atque
 hoc intellectu accepta Rhetorice, quanquam utitur illa quidem elocutione, & inuentione
 argumentorum, non ad eam tamen proprie pertinet explicatio rerum istarum, non
 magis, quam ad poetice: ad historiam, ad naturalem, aut moralem philosophiam, quæ
 & ipse elocutione pariter atque inuentione utitur. Et ad hunc tamen sensum uis fuit
 ferè nomine Rhetorices ij, quorum de dicendi arte extant præcepta. Capitur deinde idē
 nomen pro arte ea, à qua dicimus petendam esse sermonis elegantiam. Quo intellectu
 dici solet, tres esse artes, quæ uersentur circa artificium orationis, Grammaticæ, Dialec-
 ticæ, & Rhetoricæ: & à Grammaticis quidem sermonis petendam esse emendationē:
 probabilitatem à Dialecticis, à Rhetoribus rationem cultè ornatæque dicendi, hoc est,
 elocutionem, non modò illam forensē ac popularem, fed in commune, qua oratores,
 poëtæ, historici, philosophi breuiter, qua omnes ij qui scribunt, aut dicunt, in sua quatuor-
 arena, pro materiæ quam tractant qualitatē, utuntur. Vt enim in uitiuerum, quomodo,
 non de hac, aut illa, sed de re quam emendate loquamur, docet Grammatica: & argumē-
 torum in res, omnis inueniendi diuidicæque rationē Dialecticæ explicata par est, etiā
 unam aliquam esse artem, quæ in uitiuerum eloquendi rationem tradat. Quò fit, ut ni-
 hil quequam interstet inter locos Dialecticos, & Rhetoricos: pertinetque omnis illa di-
 sputatio de inuentione, seu locis, ad Dialecticæ solam, non etiam ad Rhetoricæ: siue ca-
 intellectū prioris, siue hoc posteriore accipiat. At enim si inuentio (inquit) argumē-
 torum, hoc est argumentorum loci, itemque elocutio, ad Rhetoricæ priori illo captum
 intellectu non pertinet, qui fit ergo ut his de rebus illorum pleni sint libri: cur eorum
 quæ ad se nihil pertinent tradunt præcepta? Paucis, Vt primum apud Græcos in que-
 situ esse cepit facultas dicendi, & in illustri haberi nomen eorum qui causas in foro age-
 rent: statim (ut fit) agminatim concursum huc est, uolueruntque benè dicere omnes, &
 quidem cito uoluerant. Sed enim non erat omnibus datum hoc à natura, ut per sese, &
 suo (quod aiunt) Marte inuenire ea possent, quibus & sua confirmarent, & aliena refel-
 lerent: eademque illa sic loqui, uti aures etiam audientium uoluptate aliqua demulcerēt.
 Opus ergo erat adminiculo artis, opus erat præceptis inueniendi ac eloquendi: que quid-
 em utraque non ab illis magis explicari doceri que debent, quam à poëtis, philoso-
 phis, aliisque scriptoribus, qui & ipsi (quædammodò diximus) huc utuntur. Sed cum eo tē-
 pore nodū inuētæ essent artes illæ, à quibus erat petēda ista, hinc fuit, ut necessitas que-
 dæ eos impulerit, harū etiā rerū præcepta tradere: nō quidè inuenerunt, sed hæc en, qua
 tenus suo instituto satis esse putabāt. Quæ res fuit in causa, ut & posteri hæc docendi ra-
 tionē secuti, omnes tradiderint præcepta rerū istarū, nō quod hoc ad illorū propriè per-
 tineret officij, sed quod eos, qui antè idē argumētū tractassent, imitari liberet. Alioquin, in-
 ueniēdū quidē ratio in cōmune petenda erat à Dialectico: elocutio autē ab Rhetore, eo
 que secūdo loco diximus hoc nomine significari. Quos attributa personarū & rerū uo-
 cat.] Personarū attributa sunt genus, natio, patria, sexus, ætas, educatio, habitus corporis,
 fortuna, conditio, natura animi, uictus, studij, affectiones, antè acta, aut dicta, no-
 men. Attributa rerū, sunt causa, locus, tempus, casus, facultas instrumenta, agendi modus,
 queque alia eius generis sunt. Et Boëtius sic esse putant. Docet eo in loco Boëtij, tria
 ria differre Dialecticā à Rhetoricā: materiā, usum, & finem. Materia, quod Rhetorice circa
 Hypotheses, Dialecticæ circa Theses uertitur. Vt in quod Dialecticis cōstitit oratioe, &
 syllogismus integris: Rhetor oratioe perpetua & entymematis, hoc est, imperfectis syllogi-
 smis utatur. Fine, quod Rhetoris finis sit, aduadere iudicij: Dialecticij, ab aduerialio ipso, id

Locorū explica-
 tionē ad solum
 ptinere Dialecti-
 cū, nō ad Rheto-
 rem.

Attributa perso-
 narum.
 Attributa rerum

quod vult, extorquere. Quae illius sententia quatenus vera sit, patere ex iis potest, quae diximus huius libri capite quinto, octavo, & duodecimo. Quanquam quod addit de visu enthymematum, & syllogismorum, id neutro eorum intellectum quos superius expressimus, satis verum videtur: quando & Rhetor ille forensis, vel creberrimè integris vitur syllogismis neque quicquam obitare videtur, quin in disputationibus etiam illis Dialecticorum, enthymematum esse visus aliquis possit. Quemadmodum dictum est in praefatione, capite de cimo quarto. Oratorem vel Rhetor.] Ut negari non potest, eisdem planè fuisse, quos Graeci olim Rhetoras, & quos Romani oratores vocarunt: ita hoc rursus video cum consuetudinem obtinuisse apud scriptores Latinos, ut oratoris nomine significent cum, qui causas in foro agat: Rhetoris, qui Rhetorica docet. Qui de qualibet re posset aptè ornateque dicere.] Cicero primo de Oratore, Quamobrem si quis vniuersalè & propriam oratoris vim de se haurire conplectique vult, is orator erit, mea sententia, hoc tam egregium dignum nomine: qui, quaeunque res incidit, quae sit dictione explicanda, prudenter, & compositè, & ornate, & memoriter dicet, cum quadam actionis etiam dignitate. Sed illis parum visum fuit.] Neque enim, vt inquit, apud Ciceronem Crassus, praestabilibus quicquam videtur, quam posse dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere quo velit, vnde autem vult dedicere. Hæc via res, in omni libero populo, maximeque in pacatis tranquillisque ciuitatibus, præcipuè semper floruit, semperque dominata est. Quid enim est, aut tam admirabile, quam ex infinita hominum multitudine existeret vnum, qui id quod omnibus natura fit datum, vel solus, vel cum paucis facere possit: aut tam incunctum cogitum, atque auditu, quam sapientibus sententis grauibusque verbis ornata oratio & perpolitata: aut tam potens, atque magnificentium, quam populi motus, iudicium religiones, Senatus grauitatem, vnius oratione conuertit? Quid tam proprio regum, tam liberale, tam magnificentium, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculosos, retinere homines in ciuitate? Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel prouocare improbos, vel te vicisti lacessitis? Agè vero, ne semper fori, sublellia, rostra, curiamque meditare: quid esse potest in otio, aut incunctum, aut magis proprium humanitatis, quam sermo factus, ac nulla in re rudis? &c. Et apud eundem Ciceronem Antonius, Nam vt visum inquit, dicendi omittam, qui in omni pacata, ac libera ciuitate dominatur: tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, vt nihil hominum, aut auribus, aut mentibus iucundius percipi possit. Quis enim cantus moderata pronuntiatione dulcor inuenti potest: quod carmen artificiosa verborum constructio aptius? Quis actor in imitanda, quam orator in suscipienda veritate iucundior? Quid autem subtilius, quam crebra accurataque sententia? Quid autè admirabilius quam res splendore illustrata verborum? Quid plenius, quam omni rerum genere cumulata oratio? Neque enim vlla non propria oratoris est res, quae quidem ornate dici grauitateque debeat. Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia. Eiusdem etiam languentis populi incitatio, effrenati moderatio. Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentius? quis à vitis acris reuocare? quis vniuersum frangere improbus asperius? quis laudare bonos ornatus? quis cupiditatem vehementius frangere accusando potest? quis merorem leuare mitius consolando? Nisi reliquarum artium cumulum propè immensum iuri illius ditionique subdidicent.] Hoc facti: Quintilianus libro primo, ac duodecimo. Et apud Ciceronem Crassus: Nostra est, inquit, omnia ista prædicatione doctrinaque professio, in quam homines quasi caduca, atque vacuum, abundantes otio, nobis occupatis, inuoluauerunt. Atque etiam aut diderunt oratorem, vt ille in Gorgia Socratis cauilator: aut aliquid de oratoris arte, paucis præcipiunt libellæ, cosque Rhetoricos inscribunt. Quasi non illa sint propria Rhetorum, quae ab istis de iustitia de officio, de ciuitatibus inueniendis, & regendis, de omni viuendi, denique de naturæ dicuntur. Et rursus in eodem volumine: Quare omnes istos me auctore, inquit, didicere, atque continere, qui se horum, qui nunc appellantur, Rhetorum præceptis, omnem oratoris vim complexos esse arbitrantur: neque adhuc quam personam teneat, aut quid pro-

Orator.
Rhetor.

Orator quis dicitur.

Eloquentia laus

Qua multa Rhetorici subiecerint Cicero & Quintilianus tertio de Oratore.

sit eant intelligere poterunt. Vero enim oratori, quæ sunt in hominum vita, quod quidem in ea versatur orator, atque ea est ei subiecta materia, omnia quaesita, audita, lecta, disputata, tractata esse debet. Idè & in oratore ad Brutum, vniuersam philosphiam particula quædam vult esse Rhetorices. Et in primo rursus de Oratore: Mea sententia, inquit, sententia, nempe poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum, magnarumque artium scientiam consecutus. Fatendum tamen erit.] His planè contentanea sunt, ea quæ apud Ciceronem, primo libro de Oratore disserit M. Antonius. Qui locus cum mire faciat ad intelligenda, ea quæ hic habet Rodolphus, non pigebit totum ascribere: Oratorem autem, quoniam de eo quaerimus, inquit, equidem non facio eundem quem Crassus: qui mihi visus est omnem rerum, atque artium scientiam comprehendere vno oratoris officio, ac nomine. Atque eum puto esse, qui & verbis ad audiendum iucundus, & sententis ad probandum accommodatissimus, vt possit in causis forensibus, atque communibus. Hunc ego appello oratorem: eumque præterea esse instructum voce, & actione & lepore quodam volo. Crassus vero noster mihi visus est oratoris facultatem, non illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immisissè penè describere. Nam & ciuitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit: in quo periculum mihi visum est, Scæuola, te hoc illi concedere, cum sapissimè tibi Senatus, breuiter impolitèque dicenti, maximis sit de rebus assensus. M. vero Scaurus, quem non longe auri apud sese esse audio, vt regenda R. eipubli. scientissimus, si audierit hanc auctoritatem grauitatis, & consilij sui vindicari à te Crasse, quosdam cum oratoris propriam esse dicas: iam credo huc veniat, & hanc loquacitatem nostram vultu ipso aspeque conterret. Qui quamquam est in dicendo minime contentendus, prudentia tamen rerum magnarum, magis quam dicendi arte nititur. Neque vero si quis vtrunque potest, aut ille consilij publici auctor, ac Senator bonus, ob eam ipsam causam orator est: aut hic disertus, aut eloquens, si est idem in procuratore ciuitatis egregius, * illam scientiam dicendi copia est consecutus. Multum inter se distant istæ facultates, longèque sunt diuersæ, atque seiuicium. Neque eadem ratione ac via, M. Cato, P. Apthicanus, Q. Metellus, C. Lælius, qui omnes eloquentes fuerunt, orationem suam, & reipub. dignitatem exornabant. Neque enim est interdicitum, aut à natura rerum, aut à lege aliqua, atque more, vt singulis hominibus, ne amplius quam singulas artes nosse liceat. Quare non, etsi eloquentibus Athenis Pericles, idemque in ea ciuitate plurimos annos principes fuit, idcirco eiusdem hominis, atque artis eadem facultas existimanda est. Nec si P. Crassus fuit, idcirco eloquens, & iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris scientia. Nam si quisquam, vt in aliqua arte, & facultate excellens, aliam quoque artem sibi assumpsisset, is periclitet, vt quod præterea sciet, id eius in quo excellit, pars quaedam esse videatur: licet ista ratione dicamus, pila bene & duodecim scrupis ludere, proprium esse iuris ciuiliis, quoniam vtrique eorum P. Mutius optime fecerit, eademque ratione dicantur, & quos physicos Graeci vocant, idem poetæ: quonia Empedocles Physicus egregium poemata fecerit. Ad hoc, ne philosphi quidem ipsi, qui omnia sicut propria, sua esse, atque à se possideri volunt, dicere audeant, Geometriam, aut Musicam Philosphi esse: quia Platonem omnes in illis artibus præstantissimum fuisse profiteantur. Ac si iam placet omnes artes oratori subiungere, tolerabilius est sic potius dicere: vt quoniam dicendi facultas non debet esse icuina, atque nuda, sed aperta, atque distincta multarum rerum iucunda quodam varietate: sit boni oratoris, multa auribus accepisse, multa viderisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse: neque ea vt sua possidisse, sed vt à liena libasse. Fateor enim callidum quendam hunc, & nulla in re tyronem, ac rudem, ne peregrinum, & hospitem in agendo esse debere. Sed cum non dicerem Rhetoris nomine eum.] Hoc solum, inquit, pertinet ad officium Rhetoricæ, à quo solo Rhetor habet, vt Rhetor dicatur: hæc autem est ratio eloquentis circa ciuiles causas: quamobrem solum hoc Rhetoris officium esse dicemus, apud se commodeque dicere posse de causis ciuilibus. Aristoteles ergo ciuiliis scientiarum partem Rhetoricam vocat.] Hoc ipsum facit & in Rhetoricis Cicero, Ciuiliis quædam, inquit, ratio est, quæ multis &

Scientia Antonij de oratore, super non contraria, sed consona planè iis quæ docet Rodolphus.

* Aliqua scientia dicendi copiam.

Qua ratione dici possit, omnes oratori esse subiectas.

magnis ex rebus constat. Eius quedam magna & ampla pars est, artificiosa eloquentia, quam Rhetoricam vocant. Et quae sequuntur. Hermogenes etiam de cilibus sola quaestionibus dicere, Rhetoricis censet esse. Id ipsum his verbis praecipitur in Rhetoricis ad Herennium: Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus ac legibus constitutae sunt, cum assensione auditorum, quo ad eius fieri poterit.

Pragmatica.

Itaque apud Graecos erant, quos *πραγματικὸς* vocabant. Crassus primo de Oratore. Itaque, inquit, ut apud Graecos in summi homines mercedula adducti, ministros se praebent in iudiciis oratoribus, qui apud illos pragmatici vocantur: sic in nostra civitate contra, amplissimus atque clarissimus quisque vir, ut ille, qui propter hanc iuris civilis scientiam sic appellatus a summo poeta est: egregie cordatus homo catus Aelius Sextus &c. Et respondens Crasso Antonius: Quod si in gestu, inquit, qui multum oratorem adiuvat: & in voce, quae vna maximè eloquentiam, vel commendat, vel sustinet: elaborare nobis non licet: tantum in utroque assequi possumus, quantum in hac acie quotidiani muneris spatium nobis datur: quanto minus est ad iuris civilis perficiendi occupationem descendendum. Quod & summam percipi sine doctore potest, & hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem: quod vox & gestus, subito sumi & aliunde arripri non possunt: iuris vilitas, ad quaeq; causam, quantumvis repetere, vel à peritis, vel de libris depromi potest. Itaque illi disertissimi homines, ministros habent in causis iurisperitos, cum ipsi sint peritissimi: & qui, ut abs te paulè ante dictum est, pragmatici vocantur: in quo nostri omnino melius multo, quod clarissimorum hominum auctoritates, leges, & iura testata esse voluerunt. Sed tamen non fugisset hoc Graecos homines, si ita necesse esse arbitrati essent, oratorem ipsum erudire iure civili, non ei pragmaticum auditorè dare. Huculque apud Ciceronè Antonius. Quod ad nomen attinet, *πραγμα* negotium ac causam significat. Inde *πραγματικὸς*, qui in negotiis causisque versatur: quem haud scio an nos dicere possimus causidicum, & rabulam quendam forensè.

Rhetorice vocabulum vnde dicitur.

Qui dicentes, ut Quintilianus inquit. Sensum Fabij magis refert, quam verba: quae apud eum auctorem libro duodecimo sic habent: Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitusve eorum, qui velat ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant. Neque idem Graecos quoque, ne scio factitate, vnde nomen in pragmaticorum datum est. Cui quidem Rhetorices etiam vocabulum contentit. Verbum Graecum est *ῥησις*: quod est hodie id quod suo significat, tamen veteribus etiam id fuisse quod dico, apparere vel hinc potest, quod in *ῥησις*, id est, verbum descendit: & ab Hesiodo *ῥητοίη* & *ῥητοίη* dicuntur, quos latine dictos inlicitosq;, laudatos, celebres & ignobiles dicere possimus. Hinc ergo derivantur, & haec *ῥήτορες*, *ῥητορικὴ*, *ῥητοριώδης*. Id quod secundo Oratoriarum Institutionum libro testatur & Fabius. Et Cicero in oratore ad Brutum, Sed iam (inquit) illius perfecti oratoris, & summae eloquentiae species exprimens est: quem hoc vno excellente id est oratione: cetera in eo latere indicat nomen ipsum. Non enim inventor, aut compositor, aut actor haec complexus est omnia, sed & Graecè ab eloquendo Rhetor, & latine eloquens dictus est. Civiliis verò ratio, quoniam cepit in Graecia in quaestu esse. Fabij libro tertio de origine Rhetorices verba haec sunt. Initium ergo dicendi dedit natura, incrementum artis obferuatio. Homines enim, sicut medicina cum viderent alia fabria, alia insularia, ex obferuatione eorum effecerunt: attemta cum in dicendo, alia vitilla, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea admitenda vitandaque, & quaedam secundum rationem eorum adiecerunt ipsi quoque. Haec confirmata sunt vna, tum quae sciebant quisque docuit. Sed multo post secutus est Aristoteles. Gloriarur ipse Aristoteles in fine libri de elenchis sophistici, ceteras quidem artes omnes paulatim cepisse, & ab aliis quidè earum esse inuenta principia, ab aliis auctas esse, ab aliis tandem aliquando absolutas: quae autem a se tradita sint de ratione syllogismorum, ea omnia à se vno, & inuenta & perfecta absolutaque esse. Quod sit autem Dialectice post ceteras artes inuenta, obiter apud Ciceronem docet his verbis Crassus: Nam vetus quidem (inquit) illa doctrina, eadem videtur & rectè viuendi & bene dicendi magistra: neque diffinitio doctores, sed iidem erant viuendi praecipitantes atque dicendi, ut ille apud Homerum Phae-

Dialectice post alias artes inuenta

nix, qui se à Peleo patre, Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum, actoremque rerum. Sed ut homines labori assiduo & quotidiani assueti, cum tempestatis causa opere prohibentur, ad Pilam se aut Talos aut ad Tesseram conferunt, aut etiam nouum sibi ipsi aliquem excogitant in otio ludum: sic illi à negotiis publicis tanquam ab opere aut temporibus excludi, aut voluntate sua feriat, totos se, alij ad poetas, alij ad Geometras, alij ad musicos contulerunt: alij etiam, ut Dialecticis, nouum sibi ipsi studium ludumque pepererunt. Et quae sequuntur. Tandèq; longi temporis possessione. Vt iurisdictionem vocant iuriconsulti, quam hodie ferè dicimus praescriptionem. A Modestino iuriconsulto finitur hoc modo: Vt iuratio est acquisitione vel adiectio dominij per continuatione possessionis temporis lege definita. ff. de vi publico libro 8. vsurpationibus. l. Vt iuratio. Cui non esset eorum alius assertor. Vt iuratio, qui ea sibi afferret, vindicaretque, ac sua diceret. Est autem & hoc verbum iuriconsultorum, quos diligenter ab Rodolpho lectos apparet. Qui quaerit enim. Ciceronis hanc in re verba, ut quidè hodie in exemplaribus leguntur, sic habent: Nascitur iudices causa Cornelij ex ea lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius, ex senatus sententia tulerunt, qua lege videamus satis esse sancti, uti cives Romani sint ij, quos Cn. Pompeius de consilij sententia sigillatim ciuitate donauerunt: Donatum esse L. Corneliū praesens Pompeius dicit, indicant publicae tabulae, accusator fatetur: sed negat ex federato populo quemquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc ciuitatem venire. O praedictum interpretem iuris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostrae ciuitatis: qui hanc praenam fœderibus ascribat, ut omnium praemiorum beneficiorumque nostrorum ex partes faciat fœderatos. Quid enim potuit dici imperitius, quam fœderatos populum fieri fundos oportere? Nam id non magis est proprium fœderatorum, quam omnium liberorum. Sed totum hoc iudices in ea fuit postum temper ratione atque sententia, ut cum iussisset praetor aliquid, si id adiciuissent socij populi ac Latini, & si lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo resedisset, ut tum lege eadem is populus teneretur: non ut de nostro iure aliquid minueretur, sed ut illi populi, aut iure eo quod à nobis esset constitutum, aut aliquo commodo aut beneficio vteretur.

Vicipio.

Qui populus dicitur fundus factus.

Tulit apud maiores nostros legem Caius Furius de testamētis, tulit Quintus Vociolus de mulierum hereditatibus, innumerabiles aliae leges de ciuili iure sunt latae: quas Latini voluerunt, adiciuerunt ipsa denique Iulia, qua lege ciuitas est sociis, & Latinis data: qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent: in quo magna contentio Heracleusum, & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in his ciuitatibus, iuris sui libertate ciuitati anteferet. Postremò haec vis est istius & iuris & verbi, ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant, cum aliquid populis Romanus iussit, id si est cuiusmodi, ut quibusdā populis siue fœderatis siue liberis permittendū esse videatur, ut statuant ipsi, non de nostris, sed de suis rebus, quo iure uti velint, tum vtrum fundi facti sint, an non, quaerendum esse videatur: de nostro verò imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute, quod nos populis fieri noluerunt. Et an vis sit metu armorum deterrere à possessione quaequam. Exat hodieq; pulcherrima haec de R. Ciceronis oratio pro Aulo Cecina, quae cum Sex. Ebutius armis ad fundum suum accedere prohibuisset, negauit tamē Pilo aduocatus Ebutij vim esse factam, propterea quod nemo neq; occisus, neq; vulneratus esset: quam illius defendendi rationem multis argumentis refellit Cicero.

Volenti copiam dicendi parare ex locis, principio necessarium esse pleenam locorum notitiam: eamque in duobus praecipue positam esse. Primum, ut explore, quot loci sint, & quae cuiusque proprietates, teneamus. Deinde, ut argumentationes ab authoribus traditas, in suos quantum locos possimus resolvere.

CAP. XIX.

T II

Primum præceptum
de locorum uis, ne
pe ut cognitos
habeamus locos

Duo necessaria
ad locorum cogni-
tionem.

Quid uelle sit
tradit ab au-
thoribus argu-
mentationes suis lo-
cis reddere.

T ergo dicamus, id quod præsentis est negotij: tra-
V Etatūq; locorū aperiamus, id est, doceamus, quo pa-
cto sit omnis argumentorum facultas & copia è lo-
cis eruēda: primū hoc & præcipuū est, quod rerū ordo præ-
cipiendum monet, ut quisquis inuenire uolet ex locis, diligē-
ter & exactē locos habeat cognitos. Est autem locorum
notitia ferē in his duobus posita. Prius est, ut numerum natu-
rāque locorum, quot sint, & quæ cuiusque sit uis & pro-
prietas, exploratē planēque teneat. Quod siue nostra descri-
ptione, siue quouis alio consequatur auctore, non multum re-
feret. Aut inueniet enim optimum ducē: aut pro optimo erit,
quem poterit expeditissimē sequi. Nec uerō memoria tenuis-
se locos satis esse credidero: sed paratos, exercitos, & uelut
in conspectu & ad manum positos teneat uelim. Sicut enim
non potest celeriter quis & inoffensō uerborum cursu, lege-
re aliquid, cui de singulis literis est in consilium eundum: sic
neque paratē poterit inuenire ex locis, cui cum inueniendum
est, prius ipsi quærēdi sunt loci. Proximum in locorum noti-
tia est, quodque difficilius est, traditas ab auctoribus argu-
mentationes suis locis reddere. Idque non in hoc solum est
utile, quod plurimum confert in intelligendis uirtutibus au-
thorum, & in discernenda uaria apud eos argumentandi ra-
tione, ut quandoque tanquam crebris densisque uerbis, sic
multis argumentationibus celeriter coagmentatis, feriāt ad-
uersarios: quandoque argumentatione latē copiosēque fusa,
multarum impetum, unius pondere exæquent: iam confodiāt
acumine, iam uiribus prosternant, iam de re iudicant: iam si-
cubi parum est in re fiducia, in aduersarium conuersa ora-
tione, uelut flexu eludant. Paratur hinc iudicium, & omne
ferē artificium perspicitur, non inuentionis modo, quod &

ipsum nostri instituti est & nobis proinde maximum: sed ma-
gna ex parte elocutionis, quæ sic plerunque rebus affixa est,
ut uix possit inde diuelli: apud Demosthenem præsertim &
Ciceronem, & ut quisque est istis dicendi iudicio proximis:
quorum est ita rebus accommodata oratio, ut nasci uideatur
ex illis. Verum non in id solum (ut diximus) utile est cogno-
scere locos argumentationum apud auctores: sed quod hoc
usu tractatūque rerum, cum ratio accesserit eis, copia quæ-
dā, & thesaurus paratur, qui semper nobis in promptu sit, ut
quoties ex locis quæremus similibus in rebus, similes nobis ar-
gumentationes occurrant. Sicut enim in omni uita, sic in hac
quoque inueniēdi ratione, primū est scire, quid, & quo pacto
sit faciendum. Facere uerō quæ recta sunt, & quatenus recta
sunt, imitatione facillimē consequimur. Præceptis enim aures
ferē imbuuntur: exēpla docēt oculos. Quāquā sunt autē plura,
quæ audiēdo facilius possumus, quā uidēdo discere, latiusq;
auriū pateat sensus: certiora sunt tamē, quorū ipsi nobis ocu-
lis tradimus fidem. Vnde scitē apud Comicū dictū est, plu-
ris est oculatus testis unus q̄ auriti decē. Aures enim aliis, o-
culi sibi credunt. Non est autē facile, certā dare deprehen-
dendorū locorū in argumentationibus legē: quod præsertim
persapē, nisi assuetis admodum lōgo usu lectioneque, auctoriū,
difficile sit argumentationes explicare: & conclusionē pro-
positionemq; earum, ex orationis cumulo colligere. Teguntur
enim sæpē, & in ipsa dicendi copia delitescunt, uel uariis di-
cendi figuris occultantur. Quandoque iunguntur, tanquā in
unius propositionis speciem, conclusio & propositio. Quā-
doque pro utrisque sola propositio ponitur. Et quod de Ly-
sia legimus, cui summæ fuit artis loco, non uideri artem: id
crebrō est etiam apud reliquos auctores uidere, quod grauius

esse possit

Plaut^s, in Truculento.

De hac argumē-
torū redditione,
nō posse certam
tradi legē: posse
tamē uiam atq;
manuductionē
quandam dari.

ex insidiis incautum aduersarium petant. Viam igitur quamdam ad ista, & (ut dicitur) manu ductione fortasse dare poterimus, quo facilius in his loci cognoscantur. Vtilissimum fuerit igitur, incipientem primū ab his initium facere, quae sunt apertissima per spectu: & in quibus uel iam formatae sunt argumentationes, uel facillimē poterūt formari. Eas ubi accepit, uideat primū, quod sit argumētū probationis, id est, quod sit futurum medium, si cogatur in formam ratiocinationis argumentatio. Est autem id, quod sumptum in propositione, in conclusione non sumitur: Vt philosophus non rectē dimittet uxorem, non ergo Cato rectē dimittet uxorem: Medium argumentationis est philosophus. Deinde cōferatur medium cum eo, quod sumitur in conclusione, & in propositione non est sumptum, id est autē Cato. Inde uideatur, significeturne medio aliquid quod sit in extremo, cum quo conferatur, aut extra: Vt philosophus significat aliquid quod est in Catone. Deinde, sine substantia eius, aut circa substantiam. Certum est, quod nomen philosophi significatur esse circa substantiam Catonis. Sic per reliquos eamus locos, donec ad eum qui proprius est noster, ueniamus: non enim philosophus subiectum est Catonis, non actus, ergo cum sit circa substantiam eius, adiacens erit. Non est autē ignorandū, medium, etiam non solum comparatum extremo, quod in conclusione colligitur, in loci alicuius nomen transire: sed etiam, si comparatur extremo cui coniunctum est in propositione. Cuilibet enim comparatum, alicuius loci sortietur utique naturā. Vt si dicā, Cato, non rectē dimitteret probatum seruū, ergo multo minus Cato dimitteret probatā uxorem: dimittere seruū probatum est medium, quod comparatum Catoni, ad comexorum pertinebit locum: cuius generis sunt, seruus, & do-

Eadem argumētū rationē, diuerso respectu ad diuersos potest duci locos.

si uideat uel respicit
si uideat uel respicit
ex utraque

minus. comparatum autem uxori, inter comparata erit, minus enim in proposito seruus probatus, & probata uxor. Quoniam sunt autem propiora rei comexa quam comparata, cuius tamen dixerimus hanc à comparatis ductam argumentationem esse, quoniam uis & efficiendi euidencia est apertior ex hoc loco. Nomen itaque etiam iustius inde capiet. Quoniam qui uolet ex actē nominari locum argumētationis, facile uitabit errorem, si addat semper extremum id, ex cuius loco ductum uult esse medium. Vt si dicat, Tarquinius est peregrinus Romae, ergo nō debet Romae expetere regnū: medium est, peregrinum esse Romae. Quod si Tarquinius cōparet, ad locum eum referetur qui ex loco dicitur, quoniam peregrinum esse non est aliud, quam aliam habere patriam. patria autem loci nomen est. Sin Romae cōferatur, connexū erit, quoniam peregrinum esse ei cui peregrinus quis est, connexum est. Sin ei, quod est expetere regnum, iungatur peregrinum esse: contingens erit. possunt enim innecta esse utraque, & utrumuis esse sine altero. Ergo si quis argumentum id, ductum uel ex loco, uel ex comexis, uel contingentibus dicat: rectē quidem, sed nō satis explicatē dicet. Quod si addat, ex loco Tarquini, ex comexis Romae, ex contingentibus regni: iam quoduis horum dixerit, nihil errabit. Licet igitur, ex quouis horum uolet locorum, dare nomen argumenti. Promptius tamen & expeditius querenti, ex Tarquini nomine inuenietur. Itaque potissimum huius censetur loci, quem comparatum Tarquinius tenet. Cum sint enim loci (ut diximus) notae quaedam, & tāquam indices inueniendarum rerum, ex quocunque loco commodissimē inuenitur quodque, eius debet etiam potissimum generis existimari.

Non erit autem iam supra spem difficultas, cum in

Quo modo
do teoio.

res argumentationes in suas sint colligende formas, suisque locis reddenda.

apertioribus & magis expositis argumentationibus fecerimus usum, ut rectiores paulatim deinde argumentationes, non modo reddamus locis suis, sed quod prius & difficilius est, in formam suam colligamus: & ostendamus, quæ propositio sit, & quid cōficiatur. Opus est ergo in primis scire quæ sit questio, cui argumentationes abhibentur: quæ quomodo sit invenienda, si fortè non satis aperta fuerit, quam simplicissimè potuimus, ostensum est à nobis, cum de inveniēda questione loqueremur. Nec inveniēda solum generalis est questio, in qua omnia continentur ea, quæ dicuntur tota oratione: sed specialis etiam, quæ generali continetur, ad quam præsens argumentatio adhibetur, quam querimus explicare. Quam cū inuenerimus, tum quicquid id est, quod pro argumentatione propositum est, id si una propositio est, adhibendum quæstioni. Quod si probet ea questionem in hanc aut illam partem pronūtiatum questionis in eam partem, in quā inclinatur probatio, conclusio fiat enthymematis: & quod in probationem assumptū erit, propositio. Sin plures erunt propositiones, tum adhibendæ erunt alteri: uidēdumque, an altera probeatur per alterā: quod si fiat, ad summā questionis solū erit una argumentatio, ordine tamen probandi plures. Quod si non probeatur altera per alterā, sed unaquæque per se probeatur id quod queritur, plures erunt argumentationes. Quod si nec altera alterā probeatur, nec qualibet questionē per se, uel erunt plures unius argumentationis propositiones, uel pluriū propositionum probationes. Quæ quidem qualia sint, optimum erit sumptis ab authoribus exemplis ostendere. Pro tota argumentatione est apud Quintilianum in milite Mariano propositio: Quid dicis? Tu si tribunus esses, hoc fecisses? si miles esses, hoc tulisses? Non erit difficile formare hanc

Exemplū .i. ex Quintiliano.

melius ostendit uel quod simplicissimè sic exponitur
Cap. 10. huius li.

autem dicitur ex quo uel
id est ex causa
ex exemplis
si in casu negotii

argumentationem: qui uiderit, quid ea uelit efficere. Id autem est in summa questionis, tribunum iure occisum esse à milite. Quod si cum hac propositione conferatur, non probatur id quidem continuò ex ea: sed hoc quod ei proximum est, neque hunc tribunum istud facere, neque militem ferre debuisse. Ut sit hæc argumentatio: Tu si fuisses tribunus, non fecisses hoc, ergo nec iste tribunus facere debuit. Sic etiam, si fuisses miles, non tulisses: ergo nec miles iste debuit ferre. Iam apertum est duas esse argumentationes eas, quas dicimus in una composita propositione fuisse conclusas. Crebrò quidem usu uenit concisa hæc argumentatio altercantibus, quod ex tragediarum scriptoribus facile liquet. Apud Senecam cū dixisset Megara, Semperque magno constitit nasci deum, uolens Hercules affirmare diuinitatem, subiicit Lycus confutaturus illud: Quemcunque miserum uideris, hominem scias. Duabus argumentationibus est hic opus, ut perueniamus eò, quod propositione colligitur. Quod quomodo fiat, apertum erit, si respiciamus, quid uelit probare Lycus. Vult sanè confutare, quod sit Hercules deus. Ergo hæc erit intentio, Hercules non est deus, propositione autem quam ipse sumit, solū uidetur colligi, hominem esse Herculem. Hanc itaque argumentationem uelut cōfessam in medio relinquit, Hercules est homo: ergo non est deus. Quod sit autem homo, probatur quoniam quisquis miser est, homo est: Hercules est miser: est igitur homo. Prius argumentum è diuersis deo ducitur, posterius ab adiacentibus Herculis. Simile est quod subiicit in proximo Megara: Quemcunque fortem uideris, miserum neges. Cōfutatur minorem propositionem: quæ erat, Hercules est miser. Ut sit argumentatio: Nemo fortis est miser: Hercules est fortis: non est ergo miser. Plures autem propositiones

Exemplum II. ex Seneca in Hercule furente. Vbi non Megara sed Amphitryo hoc cum Lyco dicitur.

III. ex eodem Seneca. Nō Megara, sed Amphitryo.

III. ex Lucano,
lib. v. Verba sunt
Caesaris ad mili-
tes.

sunt, quarum alteram probat altera. Ut apud Lucanum in quinto Pharsaliae, orbis Hiberi Horror, & arctoi nostrò sub nomine miles Pompeio certè fugeres duce. probat id à pari, Fortis in armis Caesaris Labienus erat, nunc transfuga uilis, Cum duce praelato terris atque æquora lustrat. Posterior ergo propositio prioris est. Prius etiam propositio alterius argumentationis, cuius est ab authore colligenda conclusio: quam reperiemus rursus, ea uia, quam prius ostendimus. Quæstio est, an bene sibi consulant milites, deserendo Caesarem. Capiamus propositionem, quæ est: milites qui sunt fortissimi, & clarissimi apud omnes famæ ductu Caesaris, timidi atque fugaces erunt si Pompeium sequantur. Hæc propositio si adhibeatur quæstioni, statim indebitur cõfici. Non ergo bene sibi consulent, si deserant Caesarem.

Quandoque & in hoc genere, probationes propositionum pro propositionibus ponuntur, quemadmodum & propositiones pro conclusionibus. Quale est apud eundem authorem, Par labor, atque metus, pretio maiore petuntur. Hæc argumentatio uidetur tota mihi esse ratiocinatio huiusmodi: Quæcunque minus laboris habent, & plus præmij, magis sunt expetenda, bellum ciuile minus laboris habet, quam Gallicum, & plus præmij, ciuile ergo bellum, magis est expetendū. Pro maiori propositione posita est probatio, quæ est, Vbi par labor est, & præmij maius, id est expetendum: consequitur, ergo ubi minor labor est, & pretium maius, id est expetendum. Sic pro minore quæ erat, Ciuile bellum habet minus laboris, quam bellum Gallicum, & maius pretium: quoniam Gallia quota pars terrarum, tenuerit eum bello decem annorum implicitum, ciuile autem bellum, si gesserit pauca felici euentu prælia, cum Roma subiget ei orbem. Cum uerò

v. & ipsum ex
Lucano, lib. i.
Verba sunt Cu-
ronis, Caesarem
ad bellum ciuile
suscipiendū hor-
tantis.

posse ergo esse an milites possent de
fuerit in se
vi

plures sunt propositiones, quarum alteram altera non probat, & utraque probat intentionem per se, certum est plures esse argumentationes. Cuiusmodi apud eundem authorem eodem loco: Socerum depellere regno Decretum est genero: partiri non potes orbem. Vel una propositio est, uel quod prius est, (Socerum depellere regno Decretum est genero) confirmatio fit eius quod sequitur (partiri non potes orbem.) Hoc autem posterius, neque eam quæ sequitur probat (Solutus habere potes) neque probatur ab ea. Ergo hoc ipsum (Solutus habere potes) altera propositio est. Ut sunt argumentationes, Pompeius destinat depellere te imperio, ergo suscipiendum tibi est bellum. Et, solus potes habere imperium, ergo etiam gerendum tibi est bellum. Sic & Quintilianus in apibus pauperis: Decerpebant (inquit) flores meos. Hæc est aduersarij contradictio. Hanc confutat. Subdit itaque: Ecquid intelligitis iudices, quanto dolore dignū sit quod ego perdidit, si etiam hoc damnum est, flores auferri? Vtitur hac aduersarij confessione ad probandam intentionem suam. Si enim perdere flores est damnum, multo magis damnum est apes perdere. Sequens propositio est hæc: Ita planè, alioquin tu illos in uetustatem seruabas: & durarent adhuc, nisi ad hortum tuum apes uenissent. Priore propositione uelut alligato ad inconueniens aduersario, probauit, uel non esse damnum decerpi flores, uel maius esse quod ipse sit passus in apibus. Hic probat, ne decerpi quidem eos, cum nequeant alioquin durare, quanquam non accedant apes. Sed istud quia semper propemodum fit, ubicunque uberior est aliqua ad dicendum materia, non fuit ideo monendum, nisi quod plerumque sic duæ aut plures propositiones elocutionis ratione iunguntur, ut uideantur in unam confundi argumentationem. Idcirco

vi. ex eodem etiã
lib. primo.

vii. ex Quintiliana
no in declam. a-
pes pauperis.

discens iudicium diligentiori nobis admonitione fuit exci-
tandum. Quod postremum posuimus, cum neutra alteram,
& neutra per se conclusionem probet, si sint unius argumen-
tationis propositiones, duæ tantum poterunt esse. Nec enim
plures capit ratiocinatio propositiones. In enumeratione uerò
quæquam possint esse plures duabus, omnes tamen coniun-
ctæ unius propositionis obtinent locum. Plana ratiocinatio
uidetur esse apud Lucanum, Ante aciem Aemathiam nullis
accessimus armis, & quæ sequuntur: sed turbato propositio-
num ordine. Ut sit minor propositio, non sumus secuti letas
res Pompeij, cum dicit (Ante aciem Aemathiam nullis acces-
simus armis) Deinde sequatur conclusio, ergo possumus iustè
deesse aduersis. Hæc est: Pompei iam castra placent, quæ de-
serit orbis? Tum postremo maior, quia quisquis secutus nõ est
lata, iustè potest deesse aduersis. Quod autem ponitur, Nunc
uictoris opes, & cognita fata lacesis? Est uelut alia maior
propositio. Plurium uerò propositionum probationes, cre-
brum est uidere, præsertim cum nonnunquam totæ causæ in
duas sint coniectæ propositiones, ad quas omnes referuntur
probationes. Ut redeamus autem eò unde cœpimus, optimum
fuerit ab apertissimis incipere, ut usu assuetudineque rerum
quæ obscuriora sunt, fiant paulatim apertiora. Rerum natu-
ra sic se habet. Suis cuncta colligenda sunt gradibus: &
quod festinanti nonnunquam præcipitium est, ad id per sin-
gula sequenti uestigia, magna quandoque facilitate, pari se-
curitate peruenitur.

Exemplum viii.
ex Lucano, lib. 8
Verba Phorini
sunt, si ad dñs Pro
lemato, ne uicti
à Cesare Pompe-
ium in regnu
recipiat, sed in
gratiam Cæsaris
illum occidat.

Eludere.

Velut flex ueludant. Ductum à gladiatoribus. Est enim eludere, iactus intentatos ar-
te quadam euitare, ueluti que ludendo à se auertere, ac propellere. Martialis,
Calidus immittis eludere simus hastas,

Si nihil cauda foret, cercoptithecus eram.

Et Politianus in Lamiaribus (inquit) & finerepus periclitatur, & petaurifera iactatur, &
faccularius præstigiatur, & ueneniarius inflatur, & diuinaculus hallucinatur, & aretalogus
nugatur, & circulator illudat, & gladiator eludit, & orator blanditur, & poeta mentur.

Et quod de Lyfia legimus. Solebant veteres illi oratores mirò studio id agere, ut si-
ne arte dicere viderentur, itaque sui plicitate quadam orationis fabricis id quod uellè ru-
di multitudine persuaderent. Cui illorum sententiæ hunc in modum libro quarto subscri-
bit Fabius: Effugienda ergo, inquit, in hac præcipuè parte, omnis calliditatis suspitio.
(Neque enim se usquam custodit magis iudex.) Nihil uideatur fictum, nihil sollicitum:
omnia potius à causa, quàm ab oratore profecta credantur. Sed hoc pati non possumus,
& perire artem, nisi appareat: cum desinat ars esse si appareat. Pendemus ex lau-
de, atque hanc laboris nostri ducimus summam. Ita que circum stantibus ostentare uolu-
mus, iudicibus prodimus. Hæc enim Fabius. Atque hæc est quod solebat dicere Lyfia, Lyfia.
summam artem esse, non uideri artem. Est autem hic Lyfia ille orator insignis, vnus ex
numero illorum decem, qui eodem tempore Athenis floruisse traduntur: quem cum Pla-
tone conferens Phaurinus: Si ex Platonis (inquit) oratione uerbum aliquid demas, mu-
tetur, atque id commodissimè facias, de elegantia tantum detraxeris. Si ex Lyfia, de sen-
tentia. Auctor Gel. libro secundo cap. quinto. Tarquinius est peregrinus Romæ. Hic
est L. ille Tarquin. Priscus, Romanorum rex quintus. Cui cum initio Tarquinij ad-
huc agenti, Lucumoni nomè fuisse, postea Roma cum vxore aduectus, L. Tarquinij. Pri-
sci nomen sumpsit. Reliqua lege apud Liuum lib. primo ab urbe condita. Socerum
depellere regno. Decretum est genero. Eiusdem Curionis & quidem libro primo sunt
uerba. Pompeius (inquit) gener tuus decreuit socerum suum regno depellere, quò so-
lus ipse regnet. Quòd autem Rodolphus ex ijs quæ sequuntur duas facit argumentatio-
nes, id mihi parum consideratè factum uidetur. Quis enim non uideat, longe efficacius ro-
re ad persuadendum, si dicas hoc pacto, Cuiusque regnandi cupidò negatum est regnò
partiri, & tamen solus habere id potest, et suscipiendum est bellum illud, quo solus im-
perium consequatur: tibi à C. Cæsare partiri regnum per Pompeium non licet, & tamen
uictò illo solus regnare potes: est ergo tibi hoc bellum suscipiendum.

Locis cognitis, proximè necessariam esse plurium rerum descriptionem,
hoc est, ut res de quibus fortè aliquando dicturi sumus, per suos de-
ducamus locos, & quid ex singulis locis de eis dici possit dispiciamus.

CAP. XX.

Roximum est ei, qui diligenter cognitos habet locos,
P uoletque ex eis inuenire, parare facultatem sibi cu-
iuslibet rei per locos deducendæ, quod uel idem est,
uel simile illi, quod solebant qui docebant Rhetoricen, inter
irritamenta ponere puerorum: quod Græcè *ιγγοειος*, Latine
à plerisque descriptio uocatur. Sed Rhetores angustius ple-
raque quàm pro omnium locorum latitudine describebant,
eloquendi uerò rationem (quam præcipuè spectabant il-
li) latius, quàm nobis sit opus. Satis enim nobis erit, res singu-
lorum locorum singulis uerbis, uelut capitibus quibusdam an-
notasse. Si quis tamen ea uolet oratione latius funderè: &
uel nudam hanc describendi sequi expositionem, uel conuersa
in laudem, aut uituperationem dictione, argumentatione tra-

Secundū de loco-
rum uisū præce-
ptum.